

Nr. 1.

**Jahr 892.** Jun. 30. Or. G. IV. 403. Ecc. 276. 295. 298.

Wers. 204. B. 107.

*Arnolfus* Rex, per interventum *Engelmari* episcopi, comiti nostro, *Echbrecht* nominato, quasdam res juris nostri in proprietatem donavimus, hoc est in pago *Algidae* (*Tilithi*) in *Vnange* et *Visbeke*, ac in *Marsem* (*Marstheim*) nec non in *Chiridorf*, seu (seu XXX) in *Barthunga* (*Bardanga*) in *Vnerstein*, ac in *Alaringi* in *Lolinga* (*Lainga*), in hiis omnibus hobas XXXVI, et ad unamquamque hobam jurnales sexaginta. Dat. II Kal. Julii 892. Ind. X. Ao. Regni. Reg. *Arnulfi* V. Act. *Addaingas* (ad *Otingas*).

2. (cfr. 4.)

**896.** Aug. 13. W. s. VI. 300. Gr. G. III. 123. P. M. 54.

D. G. 595. K. 387.

Quaedam nobilis foemina, nomine *Hiltiburg*, et quidam presbyter, *Folchart* dictus, unum monasterium in loco *Mulinpeche* in sua etiam proprietate, in pago *Osterpurge*, infra terminum villae, quae nuncupatur *Achriste*, a fundamentis construxerunt, congregantes illuc ad Dei servitium catervam sanctimonialium foeminarum, et, ad victualia ipsarum, locum *Mulinpeche* cum centum familiis inter servos et litones ad ipsum monasterium tradiderunt; postea precati sunt *Drogonem*, Mindensis ecclesiae Episcopum, quatenus illud in suum mundiburdium susciperet;

at ille concessit ipsi monasterio decimas de 120 aratris, ad episcopi sedem pertinentes, ea ratione, ut ad altare episcopalis sedis quinque solidi de monasterio omni anno offerantur, rogatu autem praefatae foeminae et antepraelibati presbyteri quandam puellam, neptem videlicet illorum, sancto velamine velavit, ut, post obitum illorum, ipsa puella, *Wentilpurg* nomine, ipsum locum sub sua custodia et gubernatione teneat. His ita gestis, nos *Arnulfus* Imperator ipsum monasterium in nostrum mundiburdium suscepimus. D. Idus Aug. 896. Ind. XIII. Ao. Regn. Dni. Arnulfi VIII. Imp. ejus I. Act. *Forchheim*.

3. (Cfr. Nr. 7.)

954. Jan. 12. Erh. W. I. 46. P. V. 5. Mad. 205.

D. G. 590. J. 209.

*Otto* Rex: notum sit, nos tradidisse cuidam Matronae, nomine *Helemburhc*, predium, quod habuimus in uilla, que dicitur *Viscbike*, jure hereditario et in aliis locis, quorum nomina hic subter notata sunt. Concessimus postea, ut eadem *Helmh.*, pro remedio animarum *Ricperhti*, Domini sui, et *Richarddi* et *Aelfdehc*, filii sui, congregationem sanctimonialium faceret congregari in uilla *Viscbice*; concedimus etiam, ut nulli seculari dominio sint subjectae, excepto nostro, qui earum advocatus ac defensor esse uolumus. Haec sunt predia, que pertinent ad ecclesiam *Viscbike*: In illo loco sex mansi pleni; insuper etiam in his locis, ita nominatis: *Vuendredesa* I, *Vuigbaldeshusun* IV mansi, *Benneshusen* I m., *Haddeshusun* I m., *Tiadanhusun* I m., *Hainanhusun* duo mansi; et in aliis locis, ad ministerium ecclesiae *Visbicki*, 29 m. in pago *Tilithi* in comitatu *Herimanni* comitis; iterumque in pago *Mersten* in comitatu eiusdem VIII m., et in pago *Laginga* VI m. in comitatu *Dodican*, et in pago *Vuestfala* in comitatu *Heinrici* comitis X et VIII mansi; et in comitatu *Hroduwerkes* VI m.; et in uilla, que uocatur *Hramnesberg* II m.,

in *Flakthorpe* I m., in *Anion* III m., et in comitatu *Vuirinhardi* curtem nomine *Thuliberch* V. m. Sign. *Otonis* rec. *Liutulfus* notarius ad vicem *Brunonis* archicappellani. Dat. III. Id. Januarii ao. d. inc. DCCCCLIII. Ind. VII. Regn. reg. *Otone*. ao. XX Act. *Brugkihem*.

## 4. (cfr. 2. 6.)

979. Apr. 27. W. s. VI. 303. Leibn. II. 162.

M. & D. I. 329. P. M. 57. K. 390. B. R. 29.

*Otto* imperator, ob petitionem *Milonis*, Mindensis ecclesiae Episcopi, nec non *Bernhardi* Ducis, sanctimonialibus, in loco, qui dicitur *Mulinbechi*, Deo servientibus, concessimus, ut ab hominibus praedictae ecclesiae regalis vel imperialis census a nullo comite vel judiciali persona exigatur; ad haec indulsumus, ut nullus comes, vel iudex publicus, aut aliqua potens persona homines praefatae ecclesiae in suo iudicio, bannum eis imponendo, audeat inquietare. Sign. *Otonis* rec. *Hildiboldus* cancellarius ad vicem *Willegisi* archicappellani. Dat. V. calendas Maji 979. Ind. VI. ao. regni *Otonis Secundi* Imperatoris XVII, imperii autem XI. Act. *Duesborch* (*Dinsburg*, *Duisburg*) civitate.

## 5.

991. Sept. 9. Pist. III. 736. Leibn. II. 167. 169.

Gr. O. 327. 333. 584—586. A. Mind. 242.

*Otto* Rex Episcopo et Ecclesiae Mindensi in proprium dedimus forestros nostros, *Huculinhago* et *Stioringevvald* nominatos, et insuper, ob interventum *Bernhardi* ducis et fratris seu (sui) *Luitgerri* atque *Ailhardi* comitis, dedimus silvam *Suntal* vocatam, quantum ex occidentali parte fluminis, quae *Visera* nuncupatur, sui episcopatus spacium comprehendit, ea videlicet ratione, ut nulla persona in praedictis venari praesumat sine licentia Mindensis Episcopi. Rec. *Hildibald* Episc. Cancellarius vice

*Wollegisi*, Archi Episc. Data V. Id. Septemb. 991. Ind. V.  
Ao. *tertii Ottonis* regn. VIII. Act. *Brandenburg*.

## 6. (cfr. 4. 78.)

**1003.** März 13. W. s. VI. 307. Gr. G. III. 125.  
M. & D. I. 366. P. M. 59. K. 391.

Quaedam Abbatissa, nomine *Bertheit*, imperialia representavit precepta pro immunitate suo collata monasterio, a quibusdam nobilibus personis, *Hildiburga* et Presbitero *Folcharo*, a fundamentis olim in *Mulinbeche* constructo. *Heinricus* Rex itaque — intervenientibus familiaribus nostris, *Bernhardo* Duce et Episcopo *Theodorico*, in cujus hoc monasterium puellare constructum est dioecesi — ipsum monasterii locum in nostrum mundiburdium suscepimus, sancientes, ut Sanctimoniales ibi inter se eligant et sibi preponant Abbatissam. D. III Id. Martii 1003. Ind. I. Ao. *Heinrici* regn. adhuc I. Act. *Minde*.

## 7. (3. 12.)

**1004.** Juli 20. P. V. 7. Mad. 209.

*Henricus* Rex, per interventum conjugis nostrae, *Cunigundae* Reginae, quoddam monasterium in villa, quae dicitur *Visbike*, constructum, a venerabili Matrona nomine *Helmburgha* quadam institutum, ubi nunc Abbatissa *Alfheyd* praeesse videtur, in nostrum mundiburdium recepimus, praecipientes, ut nullus iudex publicus homines praedictae ecclesiae, liberos seu colonos, litos aut servos, vendere aut aliquo injusto negotio distringere praesumat. Sit et in potestate ejusdem loci Abbatissae, una cum congregatione illi subjecta, haec libertas, quatenus aduocatum eligant, qui homines ecclesiae dstringat, si redditus sui juris experti fecerint rebelles. Data XIII Kal. Augusti ao. 1004. Ind. I. *Heinrici Secundi* Regni tertio. Act. in villa *Osen*.

8. (cfr. 14.)

**1013.** März 3. S. A. P. I. 402. 417.

*Heinricus* Rex, — qualiter *Meinvercus*, Patherbrunnensis ecclesiae Episcopus, omnia praedia, quae hereditario jure possederat, matri suae *Adalae* contradidit; dehinc ipsa, cum manu mariti et aduocati sui, *Balderici* comitis, eadem praedia nobis donavit — praefati Episcopi dilectique nepotis nostri prece commoniti, praedia eadem, — inter quae principales cortes (sortes) istae: *Widun*, *Rimi*, *Meribiki*, *Goltbike*, *Dodenhuson* — *Paderbrunnensi* ecclesiae, in honore sanctae Mariae, sanctique Kiliani martyris ac beati Liborii confessoris constructae, largimur. Sign. *Henrici Guntherus* Cancellarius vice *Erchanbaldi* Archicapellani rec. D. V. Nonas Martii Ind. VI. 1013. ao. *Heinrici secundi* regn. XI. Act. Werlae.

9.

**1015—1046.** Wig. tr. 42. 43. 46. 49. 81. 83. 86.  
100. F. tr. 10. 415. 576. Wers. 217. Erh. W. I. 159.

Der Codex traditionum corbejensium erzählt: § 99. Tradidit *Warinus* familiam pro se in *Passinchusen*. Tradidit *Ailbernus* pro *Hidalgo* in *Nianthorpe* XXIII jugera et II jurnales. § 222. *Volcmar* tradidit, pro se et filio suo *Volcmaro*, II m. in *Wicbeke* et quidquid possedit in *Pepenghusen*, remisitque beneficium omne, quod habuit de ecclesia nostra. § 232. Tradidit *Hunold* quidquid habuit de proprio in villa *Fuilmi* in pago *Laingo* et in villa *Autpurga* in pago *Asterburgi*. § 243. Tradidit *Heloco* in *Withem*, quidquid habuit ibi. § 367. Tradidit *Foclog* mansum dominicatum cum omnibus ad eundem pertinentibus in pago *Marstem*, in villa nuncupata *Fohanreder*. § 378. Tradidit *Sini* in *Sulbeke* m. I. § 388. Tradidit *Ibo* in *Wythem* jurnales V. Testes: *Ody*, *Bernheri*, *Wighelm*, *Thiadbern*. § 454. Tradidit *Ragenberi* in *Apuldrun*

latos III cum familiis et terris, in *Faenrederi* latum unum cum familia et terris, in *Alblokestorpe* latum I cum familia et terris, in *Padlo* latum I cum familia et terris. § 456. *Follog*, fidelis femina, volens confirmare inviolabiliter traditionem hereditatis sue, que est in villa nuncupata *Foanreder*, alia quippe vice eam tradidit atque manus vestituram de ea fecit *Bardoni* comiti, aduocato nostro, qui iterum eandem hereditatem ipsi uxori et viro suo, nomine *Bewi*, jure beneficii reassignavit. Hoc quoque totum factum est coram his testibus: *Bardo* comes, *Landward* comes, *Bernheri* comes, *Ymmo etc.*, *Bernhard etc.*, *Adalhard*, *Merica etc.*

## 10. (cfr. 11.)

**1022.** Nov. 1. L. H. 107. 352. Wers. 210.

*Bernwardus*, hildenesemensis ecclesie episcopus, ad patrocinium sancti Michahelis archangeli cepi nouum edificare monasterium foris murum ciuitatis, nostre uidelicet sedis, ad aquilonem et dotavi illud, consensu legitimi heredis mei, uidelicet germani mei, *Tammonis* comitis. In his vero locis sunt predia eiusdem ecclesie cum ceteris rebus sibi concessis: In pago *Merstem*, *haringehusen*, *lembere*, *herdere*, *Puttenhusen*, *Dauenstide*, *Kobbinghusen*, *Nitelrede*, *Walesrode*, *Euerdissen*. Act. in hildenesheym. Kal. Nouembris 1022. Dni. *Bernwardi* huius ecclesie pontificis ordinacionis ao. XXX. Ind. V. T. *Ekkehardus* schlesvizen-sis epsc. etc. *Gero*. *Ernust*. *Thongmarus* comes. *Thiatmarus* aduocatus.

## 11. (cfr. 10. 26)

**1022.** Nov. 3. L. H. 357.

*Heinricus*, romanorum Imperator, petitione *Berenwardi*, hildeneshemensis aeclesiae presulis, monasterium quoddam, quod ipse a fundamento constructum in honore sancti Michaelis archangeli consecrauit, in nostrum munitiburdium suscipimus, cum omnibus eiusdem monasterii

appendiciis, in his locis jacentibus: In *Kobbingonusun* 15 m. etc. S. *Heinrici* rec. Guntherius cancellarius uice Arebonis archicapellani. Data Novemb. III Non. Ind. V. 1022. Ao. domni heinrici scdi. regn. XXI. Act. *Grvonaha*.

12. (cfr. 7. 46.)

1025. Jan. 12. Erh. W. I. 87. P. V. 23. Mad. 214.

Wers. 205.

*Chuonradus* Rex — qualiter abbatissa, nomine *Abug*, antecessorum nostrorum, regum uel imperatorum, scripta, suae aeccliesiae, quae est in *Vuiscbiki* collocata, tradita in nostram praesentiam contulit — dictam Abbatissam, una cum congregatione sibi subjecta, in nostrum mundiburdium suscepimus, per interventum *Sigiberti* Mindensis aeccliesiae presulis, nec non et *Berinhardi* ducis. Haec sunt predia, quae pertinent ad aeccliesiam *Viscbiki*: in illo loco sex mansi pleni; insuper in his locis, ita nominatis: *Vuendredesa* I, *Vuigbolteshusun* 4 m., *Benneshusun* I m., *Haddeshusun* I m. *Tiadanhusun* I m. *Hainanhusun* II m.; et in aliis locis ad ministerium aeccliesiae *Viscbiki* 29 m. in pago *Tilithi*, in comitatu *Herimanni* comitis; iterumque in pago *Merstem* in comitatu eiusdem comitis 8 m., et in pago *Laginga* 6 m. in comitatu *Dodican*, in pago *Westfala* in comitatu *Heinrici* comitis X et VIII m., et in comitatu *Hroduerkes* 6 m., et in villa, quae vocatur *Hramnesberg*, II m., *Fiatthorpe* I m., in *Anion* 4 m. et in comitatu *Wirinhardi* curtem nomine *Thuliberh* 5 m., in *Tundirin* 6 m., in *Hartingehusun* villa integra D. II Id. Januarii. Ind. VIII. 1025. ao. Kuonradi secundi regn. I. Act. *Corbeje*.

13. (cfr. 15)

1029. Apr. 13. F. Tr. 850.

*Chuonradus* imperator — qualiter *Sigibertus*, mind. episc., cum *Brunone*, Augustensi episcopo, serenitatis nostre clementiam adiit obsecrans, ut talia bona,

qualia ipse habet quaesita ad monasterium *Minda* noviter, in honore sti. Martini confessoris constructum, confirmaremus, — ob interventum *Gisilae* imperatricis et nostrae prolis *Heinrici* regis, nec non *Aribonis*, moguntinae sedis, *Piligrimi* Coloniensis ecclesiae Archiepiscoporum, confirmavimus haec predia: *Egisbere*, *Kemmin*, *Niginburch*, *Suueuerden*, *Hiltiwartingahusen*, in uilla vero *Bracha* et *Folchardesdorfa* II m. cum omni silvatica utilitate etc., a prefato *Sigiberto* quaesita ad monasterium, quod ipse *Minda* a fundamento locavit, ea ratione, ut nec ipse, nec ullus suorum successorum potestatem habeat, haec bona a praelibato monasterio alienare, vel milites suos inde beneficiare. S. *Chuonradi* rec. Vdalricus cancellarius uice *Aribonis* archicapellani. D. Id. Apr. ind. XII. 1029. ao. *Chuonradi secundi* regn. V. imp. III. act. Regeneburch.

14. (cfr. 8. 16.)

**1031.** Nov. 2. F. tr. 458. S. A. P. I. 483.

Wig. A. III. 3 pag. 117.

Ego *Meinuuercus* (*Megynuercus*), auxilio h. m. *Heinrici* Imperatoris, in suburbio episcopii mei monasterium construxi et in honore omnium sanctorum consecraui, ejusdemque in dotem ecclesie, ex hereditate parentum meorum siue acquisitione propria, praedia subtus nominata tradidi: *Wydu* (*Vbydu*) cum ecclesia, *Gellendorp* (*Ghellenlorp*), *rumbeke*, *merebeke* cum ecclesia, *dotonhuson*, *waltnanninchhuson* (*Waltnanninghuson*), *rimi* (*Rime*), *driburi*, *goltbeke* etc. Act. in die consecrationis ejusdem monasterii. 1031. ind. XIII. quarto non. nouembris, presentibus episc. Hunfrido parthenopolitano, Godehardo hildenesemensi, Sigeberto mindensi. Hanc autem traditionem *Amelungus* comes, summus majoris ecclesie aduocatus, suscepit et regiae potestatis banno in comitatu suo stabiluit.



## 15. (cfr. 13.)

**1033.** Juli 10. Sp. 132. Erh. W. I. 96. Led. 52.

*Chuonradus* imperator — ob petitionem coniugis nostrae *Giselae* imperatricis et nostrae prolis *Heinrici* regis, nec non *Aribonis* Mogontinensis archiepiscopi et *Piligrimi* Coloniensis ecclesiae archiepiscopi — *Sigiberto*, Mindunensis ecclesiae episcopo, inibi construendi monasterii in honore Sancti Martini licentiam concessimus. Idem episcopus ad praedictum monasterium loca, quae sui iuris, erant tradidit, id est *Egisberun*, *Wolgatingehusun*, In *diotanhusun* I m. et utilitatem silue et tale predium, quale habuit ad *nianburg* etc. In *Lierbeke* I m. Ad *Folchardesdorf* utilitatem siluae cum tribus curtiferis etc. In *Rodun* I m. In *Honredere* VI m. et dimidium. In *Eddorunhusun* II m. etc. S. *Chuonradi* rec. *Burchardus* cancellarius uice *Pardonis* archicapellani. D. VI. Non. Jul. 1033. Ind. I. Ao. *Chuonradi* secundi regn. VIII. Imp. VI. Mersiburch.

## 16. (cfr. 14. 27.)

**1052.** März 23. F. tr. 459. S. A. P. I. 541. Erh. R. I. 182.

*Heinricus* Rom. Imperator quaedam praedia, — *Goltbeke* (*Goltpeche*), *Dotenhusun* (*Totenhusen*), *Waltmanninkhuson* (*Waltmanninchusen*), *Widen*, *Merebeke* (*Mercbeche*), *Rimi* (*Reme*) in comitatu ducis *Berenhardi* sita, et *Ratincheim*, *Testerbant* in comitatu *Gerhardi* comitis, — a *Meginuuerco* (*Meginvvercho*), *Badabrunnensis* (*Bodrabrunnensis*) ecclesie praesule, ad monasterium tradita, quod ipse in honore sancti Petri et omnium sanctorum a fundamento construxit — heredibus illius, *Luitboldo* et *Adalberto*, primum quidem contradicentibus et, quod eadem bona hereditario ad se jure deuenerint, juxta seculare iudicium affirmare conantibus, ad ultimum ob nostrae adhortationis excellentiam collaudantibus — eidem monasterio et abbati *Egilberto* confirmamus. Act. X. Kal. Aprilis 1052.

ind. VI. Ao. *Heinrici tertii* Regis, Imperatoris autem *secundi*, ord. XXIII. regn. XIII. Imp. VI. Act. *Goslare*. S. *Heinrici* rec. Wintherius cancellarius uice luitbaldi archicancellarii.

## 17.

**1055 — 1056.** W. s. VI. 312. H. B. 1268. Led. 52.

*Egilbertus* Mind. Episc. et Dux *Bernhardus* conuenerunt — et huius conuentus duxtrix *Gelika* et Anno clericus, postea Coloniensis factus episcopus, et *Otto* Dux juvenis testes interfuerunt —: Episcopus *E.* duci *B.* de suo stipendio ista vorewerch, scilicet duo in *Nigenburg*, duo in *Apeldoren*, unum in *Lente*, unum in *Velden*, unum in *Scoythe*, unum in *Mestemerode*, unum in *Wenge*, unum in *Sullethe*, unum in *Alekestorpe*, unum in *Paldo*, unum in *Arnicanpe*, concessit, ut sibi et ecclesie sibi commisse adiutor existeret.

## 18.

**1055 — 1080.** Sp. 150. Erh. W. I. 115.

*Egilbertus*, aeclesiae Mind. episc., — quum antecessor meus *Bruno*, pro *Chonradi* Imperatoris memoria, sui-que filii *hinrici* tertii regis sospitate, coepit in *Insula* quadam *Wisarae* fluminis, juxta *Mindon* posita, aeclesiam fundare ad honorem sancti *Mauritii* — tradidi ad idem monasterium, ex his, que ad jus meum proprie pertinebant, 56 m. et 29 mancipia utriusque sexus: In etc. *Wehbikae* 14 m. cum 10 manc. et unum molendinum etc. in *Otheron* duos m. et 5 manc., in *Wicboldesson* 2 m., in *Hatdisson* 2 m., in *Papingonhuson* unum m. et unam aream, in *Didingohuson* unum m. et unam aream et aream unam in ipsa ripa fluminis *Wisare* juxta *Scalcaburg* et hortum unum in *Mindon* juxta curtim episcopalem.

## 19.

**1055 — 1080.** W. s. VI. 313.

Quidam, *Wolframmus* nomine, miles sancti Petri, delegavit ecclesie 48 manc. et omne predium suum, in pago Dreni. Deinde ego *Egilbertus*, Mind. episc., rogatu *Wolframmi*, prestiti conjugi sue, Domine scilicet *Suaneburge*, si supervixerit eum, decimam in *Hordinghusan* et alteram in *Weltringehusan*, quamdiu vivat, et *Helinwardo*, consobrino suo, si eum supervixerit, beneficium, quod ex parte nostra habet in decimis praeter duas supradictas; quodsi *Suaneburga* decesserit, *Helmwardo* vivente, ipse decimam, que ad suum beneficium pertineat, scilicet in *Weltringehusen*, recipiat.

## 20.

**1056 — 1071.** F. tr. Registr. Sarach. pag. 3. 18. 19. 26. 27.

Der Abt *Saracho* nennt unter den Gütern der Abtey *Corvey*: § 8. In *Fallun* in pago *Laingo* continentur VII m. § 9. In *Auburga* in pago *asterburgi* continentur III m., quos habent *landwart*, *godicho* et *buozo*, et persolvent singuli in quolibet anno L. modios siliginis et 40 modios auene. § 286. In *Apuldrun* in pago *Bukki diozo*, *alpheri* et *thiadbern* 120 habent iugera et quilibet quotannis persolvit 12 modios siliginis, 12 modios hordei et 12 modios auene. § 287. In *faenrederi* in pago *Mersthem snelhard* L. habet iugera. § 288. In *Alblokestorpe* in pago *Bukki hildibern* habet 40 iugera et persolvit quotannis 15 modios siliginis, 15 modios auene et 3 pannos. § 289. In *Padlo* in pago *Bukki siger* habet 60 iugera et persolvit quotannis 20 modios auene, 15 modios siliginis, III pannos et I ouem. § 433. In *Hiddikestorpe* in pago *Mersthem hunigo* habet L. iugera et quotannis persolvit II pannos de lino, XX modios siliginis, XV modios hordei

et XV modios avene. § 455. In *Passinchus* in pago *Bukki ruoduuuart* habet L. jugera et quovis anno persolvit XX modios siliginis et 30 modios avene.

## 21.

1099. Juli 25. P. V. 50.

*Witelo*, Eccl. Mind. Episc., Monasterium *Visbeccense* favore prosequentes, poenitentibus, qui ad eandem ecclesiam in quatuor sollempnibus B. Virginis Mariae festis, in festo S. Joannis Baptistae et S. Nicolai accesserint et manum auxiliatricem liberaliter porrexerint, vnam carenam et XL dies de injuncta eis (scil. poenitentia) relaxamus. Dat. *Mindae* 1099 in festo S. Jacobi Apostoli.

## 22.

1121 — 1131. Erh. W. I. 148. W. s. VI. 321.

Hamb. B. 168.

*Sewardus* Mind., Episc., a parentibus in hac ecclesia, cui presideo, adhuc puer oblati, — cum cons. cognate et legitime heredis mee *Berte*, laudante etiam *Brunone*, ejusdem marito et mundiburdo, consentiente amico et cognato eodemque mundiburdo meo, Domino *Adolfo comite sene de scoamburg* — hec hereditatis nostre predia in occidentali parte fluminis, quod *Leina* dicitur, sita: unum *Vorewêre* in *Sutrem*, unum in *Bedeburc*, unum in *Idanhusen*, unum in *Westrem*, unum in *Wechertheren*, unum in *Elmenhorst*, aeccl. Mindensi tradidi in pago *Mersteme*, in mallo *Gerberti* comitis, fratris comitis *Erponis*, juxta uillam *Runeberchen*; aeccl. etiam in *Idanhusen* nulli concedendam, nisi sacerdoti, qui ibidem stabiliter habitare studuerit, constitui. T. Nobiles: *Adolfus* comes predictus. *Eberhardus* uicedominus. *Bernhardus* et frater ejus *Cono*. Ministri aeccl. *Gerbertus*. *Egilwardus*. *Herewardus*. *Luidolfus*. *Wastmarus*. Preterea alii liberi homines: *Meinfrith*. *Athelbern*. *Hoico*. *Rothward*. *Athelhem*. *Ido*. *Eilbold*. *Thancward*. *Eico*. *Meinhard*. *Dodilo*. *Egilhard*.

## 23.

**1121 — 1140.** W. s. VI. 324.

Quaedam nobilis matrona, *Geburga* nomine, filiusque ejus, *Thietmarus*, heres simul et mundiburdus matris, omnem proprietatem suam, quam hereditario jure possederant, videlicet in *Geinhusen*, in *Langrothere*, in *Hanhurst*, ecclesie Mindensi donatione delegauerunt, et contradiderunt in pago *Merstem*, in loco *Lindard*, in mallo *Widekindi de Swalenberg*; *Swardus* Mind. Episc. vero, predio in *Hanhurst* in usum nostrum recepto, cetera omnia, ab eisdem personis contradita, ipsis, habito consilio cum fidelibus nostris, in beneficium pro annuo censu, uno videlicet denario, in eodem mallo concessimus. T. *Widekindus* comes. *Widikindus* aduocatus. *Everardus*. *Bernhardus* frater ejus. *Cuono super ipsa predia aduocatus*. *Thietmarus*. *Thiedericus*. *Eico*. *Hildebaldus*. *Thiedericus*. *Wilbrandus*. *Heinricus*. *Bruno*. *Craht*. *Luidolfus*. *Rembertus*. *Gezo*. *Meinhardus*. *Rembertus*. *Eilwardus*. *Luidolfus*. *Vastmarus*. *Wirn*. *Sibertus*. *Bernhardus*.

## 24.

**1127 — 1140.** W. s. VI. 329. Wers. 209.

Matrona quaedam nobilis, *Cunigunda* nomine, predium suum in *Thecber*, quod nurui sue *Athelheide* donatione tradiderat, rursus in proprium usum alio suo predio in *Orethe* commutavit; recepto itaque proprietatis jure dictum predium in *Thebere*, videlicet ecclesiam et unum forewerc, delegavit, in villa *Munnere* in placito Comitis *Theoderici de Hovthusen*, ecclesie nostre; nos vero, *Siv*. Mind. Episc., filio ipsius *Bernoni* et uxori ejus *Athelheidi* tria talenta in beneficium concessimus, ut singulis annis predicta summa ab ecclesia nostra persolvatur. T. *Heinricus* prepositus. *Godeboldus* diaconus. *Conradus* diaconus. *Theodericus* diaconus. *Conradus* subdiaconus. *Hermannus* subdiaconus.

Nobiles et liberi: *Theodericus comes ipsius placiti*. Theodericus de Rielinge. Egilbertus frater suus. Widikindus. Kracht et duo filii ejus, Kracht et Amalungus. Bruno. Hermannus. Hildeboldus. Widikindus aduocatus et filius suus Widikindus. Theodericus. Otto. Basilius. Wilfhardus. Meinzo. Othelricus filius Theodorici. Ministri ecclesie: Luidolfus. Evo Vastmarus. Egilwardus. filius ejus Vastmarus. Herewardus. Sifridus. Gerbertus. Othelricus. Hildiwardus. Lantfridus. Theodoricus. Othelricus.

## 25.

**1127—1140.** W. s. VI. 327. Gr. H. 39. Or. G. III. 485.  
Wers. 209. 213.

Sanctimonialis quedam in *Wnnestorp*, *Rasmoda* nomine, de prediis patris sui *Eiconis* duos m. in *Wrgerderen* et unum in *Bordenou* et omnia predia, que sibi auunculus suus *Thuringus* jure proprietatis reliquerat, exceptis his: in *Grene*, in *Wolkeressen* et in *Astercheberen* (*Asterthecheren*) et castello prope ipsam villam sito et beneficio *fritheboldi* in *Withen* et dimidio manso in *A.* — cum consensu mundiburdi sui *Luidolfi de Waltingerode* et sororis sue *Bertheide*, sanctimonialis in *Frikkenhust* (*Frikkenhus*) — secundum legem patriae, in pago *Merstemem*, in occidentali ripa *Himene* fluminis, in placito comitis *Hildeboldi de Rothen*, ecclesie nostre tradidit; prebuit quoque consensum altera soror nomine *Wicburga* — collaudante marito suo *Mirabili* — in villa *Diddelinchusen* in placito comitis *Theodorici de Holthusen*. Nos uero, S. Mind. Episc., habito cum fidelibus nostris consilio, persoluimus eidem *Rasmode* et sorori eius *Bertheide* denariorum 41 talenta, *Wicburge* uero et marito eius *Mirabili* concessimus in beneficio V talenta, *Lindolfo X*, *soli Rasmode XV*. T. Heinricus prepositus, Rotbertus diaconus, Reinbertus presbiter, Conradus subdiaconus. Nobiles: Widikindus aduocatus, *Hildeboldus comes et eorum prediorum aduocatus*, Gerbertus comes, Luidolfus de Weltingerothe, Egilbertus

de Velepe, Theodericus de Holthusen et duo filii sui Theodericus et Othelricus, Theodericus de Adenessen, Theodericus de Sperse, Hoaldus de Burnen, Reinbertus de Slon, Kersten de Lone, Regiwardus de Husen, Bezelinus de Herebergen. Liberi: Wernherus. Egilwardus. Rothwigius. Hogerus. Alfwardus. Hoico. Ethelerus. Reginboldus. Adelbertus. Theodericus. Bernningus. Luithardus. Eico. Meinfridus. Ministri Ecclesie: Vastmarus. Heinricus. Wiemannus. Luidolfus et filius suus Luidolfus. Egilwardus et filius suus Vastmarus. Evo et duo filii sui Bernhardus et Evo. Gerbertus. Poppo. Alfwardus. Wolframmus. Sifridus. Herewardus. Othelricus. Othelricus. Lantfridus. Williko. Werner. Theodericus. Gerlagus.

26. (cfr. 11.)

1135. L. H. 282. 369.

*Bernhardus*, Hildenesemensis ecclesiae electus episcopus, notum esse volumus, qualiter *Conradus* Abbas curtem quandam sancti *Michaelis*, videlicet *Cobbinghusen*, domino *Riwino* in propriam possessionem tradidit, ea conditione, ut ipse abbas et sui successores ecclesiam in *Holthusen* integraliter obtinerent. *Abbas Conradus* praedictam ecclesiam *Alberoni*, filio *Riwini*, jure beneficii concessit. *Theodericus*, frater eius, quasi hereditariam proprietatem ecclesiam illam sibi vindicavit, *Cobbinchusen* nihilominus violenter optinuit, de concambio, quod praedictum est, nihil recognovit. Erant tamen quidam superstitites, qui, *Cobbinchusen* beneficium fuisse *Sigfridi de Oldendorp* de manu abbatis, testarentur. Pro hac invasione *Theodericus*, ad synodum vocatus, tandem, si quod jus in predicta ecclesia videretur habere, penitus resignavit. D. *Hildenessen*. 1135.

27. (16. 77.)

1146. Mai 7. S. A. P. I. 765.

*Eugenius*, Servus servorum Dei, *Conrado* Abbati Monasterii Apostolorum Petri et Pauli, quod in *Pather-*

*burnensi civitate* situm est: idem monasterium sub nostra protectione suscipimus; praeterea quaecunque bona idem monasterium possidet, firma vobis permaneant, in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: *Widun* cum ecclesia, *Merbeke* cum ecclesia, *Gellendorp*, *Rumbeke*, *Fuclon*, *Dotenhusen*, *Waltmanninghuson*, *Halle*, *Thensin*, *Rime*, *Deheim*, *Bekehuson* etc., *Appelle*, *Wehse* in *Thes-terbrant*. Albericus Hostiensis Episcopus, Otto Diac. Card. S. Gregorii ad velum aureum, Rainerius Cardinalis, Aribertus Presbyter Cardinalis, Ubaldus Presbyter Cardinalis. tt. S. Crucis in Jerusalem. Octavianus Diac. Card. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano. Jordanus Presbyter Card. tt. S. Susannae. Petrus Diaconus Card. Sanctae Mariae in via lata. Data *Sutrii* per manum Roberti S. Romanae Ecclesiae Presb. Cardinalis et Cancellarius. Non. Maji. Ind. VIII. Ao. 1146. Pontificatus *Eugenii* III Papae anno secundo.

28.

1147. Erh. W. II. 46. Or. G. III. 428. F. tr. 906. S. A. P. I. 770. P. V. 57. M. et D. II. 602. L. R. VII. 511. C. I. 345.

*Cuonradus* Rom. Rex Scds. tradidimus *Corbeiensi* Monasterio duo feminarum Monasteria, *Keminada* videlicet atque *Visbike*, de nostro atque regni iure, per manum *Herimanni palatini comitis de Rheno*, quem ad hoc rite peragendum assumpseramus aduocatum, in manum Abbatis *Wiboldi* et *Adalberti*, *Marchionis de Brandenburg*, qui uice comitis *Herimanni de Winzburg*, *Corbeiensis* Monasterii aduocati, eandem donationem suscipiebat, ita ut *Corbeense* Monasterium duo Monasteria, *Keminade* et *Visbike*, cum omnibus prediis habeat, possideat, ordinet, utatur et seruet, sicut tenet sub suo regimine, iure uidelicet proprietario, tres abbatiolas, quas fundator eiusdem *novae Corbeiae*, *Luthevicus pius*, *magni Karoli* filius, ad eandem *Corbeiam* contulit, scilicet *Eresburg*, nobile



quondam Saxonum cas trum, nec non *Meppiam* et *Visbike*.\*) Sane ad praefata duo loca neque militia, neque ullum servitium nobis aut regno debebatur, et, quoniam *Corbeiensi* monasterio tam in militia, quam in servicio ad honorem regni et defensionem Ecclesiae dignitas collata est, Nos, iudicio principum, ad coronae nostrae augmentum, sicut praescriptum est, manere decernimus. Primam iudicii sententiam dedit *Burchardus*, *Argentinensis* Episcopus, quam secutus est *Adelbero Trevirensis* archi-Episcopus, *Anshelmus Havelbergensis* Episcopus, *Heinricus Leodiensis* Episcopus, *Sifridus Wirzeburgensis* electus, *Frithericus Dux Sueviae et Alsaciae*, *Herimannus palatinus Comes de Rheno*, *Conradus Dux de Ceringa*, *Cvnradius Marchio de Witin*, *Adelbertus Marchio de Brandenburch*, *Otto* filius ipsius aequae Marchio, *Herimannus* filius ejusdem *Adelberti* Marchionis, *Lutheuicus* comes patriae de *Thuringia*, *Herimannus* Marchio de *Bada*, *Wernherus* Comes de *Bathen*, *Vthelricus* Comes de *Lenzenburch*, *Vthelricus* Comes de *Orninga*, *Heinricus* Comes de *Cazzenelenbogan*, *Marquardus*, *Sibodo*, *Theodericus* comes de *Montbeliard* et alii plures, qui tunc affuere. Et quoniam Monasteria *Keminade* et *Visbike*, non tam monasteria, sed omnibus praetereuntibus uiam in peccatis communia, corrigi post multos labores non potuerunt et *Corbeiensi* Monasterio uicina sunt, tam ad correctionem, quam in proprietatem inibi contradidimus, nullo reclamante, nisi pudicitiae hostis fuerit inuentus. Auctoritate vero regia duabus cellis, *Keminadae* et *Visbike*, damus eandem libertatem, quam habet *Corbeiense* Monasterium, scilicet praefecturam urbis, quae uulgo dicitur *Burchban*, ea ratione, ut nullus Dux, Marchio, Comes, aduocatus potestatem habeat exercendi iudicium in atrio predictarum ecclesia-

\*) »Cellula Fischboeki, quae est constructa in pago Leri« cfr. *Erh. W. I. 17. Erh. R. I. 106.*

rum. S. *Conradi* Rom. Regis *Scdi* rec. Ego *Arnoldus* Cancellarius uice *Heinrici*, *Maguntini* Archiepiscopi et Archicancellarii. 1147. Ind. X. Ao. *Conradi Scdi* Regis IX. Dat. Frankenevort.

## 29.

1147. M. et D. II. 207.

*Conradus* Rom. Rex *H. Duci Saxoniae* n. f., quod *Wibaldum*, *Stabulensem* abbatem, propter electionem *Corbeiensis* ecclesiae, eidem monasterio prefecimus, cuius ob insigne meritum, secundum petitionem praedecessoris sui, duo monasteria feminarum, in quibus monastica religio iam defecerat, *Kaminade* scilicet et *Visbike*, ad reformandam in eis religionem, ex iudicio principum, sibi et *Corbeiensi* ecclesiae iure proprietario contulimus, salvo iure tuae advocatationis, quod habes in eisdem locis. Donationem, quam ecclesiae fecimus, ut contra omnes infestationes tuearis et advocatiam, quam de nobis super ea loca tenes, ad firmamentum nostrae donationis administrare studeas, tibi mandando praecipimus.

## 30.

1147. M. et D. II. 198. Erh. R. II. 22.

*Eugenio*, Romanae ecclesiae summo pontifici, *Conradus*, Rom. rex, notum esse volumus, quod *Corbeiensis* ecclesia elegit sibi in patrem *Wibaldum*, *Stabulensem* abbatem, et nos eum, onus, ad quod uocabatur, inuitum subire coegimus. Erant in propinquo duae abbatiolae feminarum, quae adeo confusae et inordinatae erant, ut de conversatione et moribus habitantium melius est silere, quam loqui. Ergo contulimus ad ecclesiam *Corbeiensem*, iure proprietario eadem duo loca, videlicet *Keminade* et *Visbike*, ut et religio ibi reformetur et *Corbeiensis* abbatia divitiis augeatur. Super quo rogamus, ut, quod *Corbeiensi* monasterio de duabus prefatis cellis donatione

confirmavimus, vos vestri privilegii scripto roborare non abnuatis.

31.

1147. März 30. M. et D. II. 199. 310. Erh. R. II. 21.

*Wibaldus*, *Corbeiensis* ecclesiae famulus, *W.* priori et *A.* praeposito et ceteris filiis et fratribus eiusdem monasterii monachis: Venientes ad dominum nostrum papam benigne suscepti sumus; quaesivit a nobis, ut super nostra apud vos electione vestrum ei testimonium praesentarem; ergo monemus, ut, sicut vestra electio circa nostram personam processit, domino papae veraciter intimetis. Si haec expectata non fuissent, privilegia nostra de *Kaminat* et *Visbike* confirmata essent.

32.

1147. M. et D. II. 200.

*W. Corbeiensis* ecclesiae prior et ceteri fratres, qui in *Corbeiensi* monasterio Deo militant, *Eugenio*, summo et universali pontifici, suggerimus, quod elegimus nobis in abbatem *Stabulensem* abbatem *Wibaldum* et, cogente ipsum *Conrado* imperatore, Rom. rege, ad nos venire compulsus est. Praeterea sunt in uicinia nostra duo monasteria feminarum, quae suae enormitatis pertinacia nostros et omnium religiosorum oculos et aures offenderunt. Abbas noster a rege nostro impetravit, eadem loca cum omnibus suis appenditiis monasterio nostro conferri et per auctoritatis regiae privilegium traditionem confirmari. Eum, ut nobis praeesse valeat, ad nos remittatis et donationem, quam dominus noster rex de praedictis duabus cellis nostro monasterio fecit, confirmare dignemini.

33.

1147. M. et D. II. 232.

*Eugenio*, summo et universali pontifici, *Henricus*, Rom. rex, *Corbeiensem* abbatem *Wiboldum*, per manum

patris nostri praesentialiter commissum vestrae mansuetudini, nos quoque commendamus, ut eum protegatis, praecipue in duabus abbatiolis obtinendis, videlicet *Kaminata* et *Visbike*, quae quia fere collapsae et destructae erant tam in religione quam in possessionibus, pater noster eas *Corbeiensi* monasterio iure proprietario contulit.

## 34.

**1147.** Juni 22. M. et D. II. 210. 311. Erh. R. II. 22.

*Wibaldo Stabulensi* abbati *Henricus*, omnium suorum minimus: Apud *sanctum Dionisium* \*) ad dominum papam pervenimus, qui *Meldas* \*\*) transire disposuerat, et litteras, quas deportaveramus, dedimus. Inde *Meldas* pervenimus. Papa, auditis necessitatibus, quare vos eligerant, dixit, se communicaturum consilium cum fratribus et ex ipsorum consilio se nobis responsurum. Agebamus interim apud omnes cardinales singulos et in singulis domibus suis, ut tam super hoc, quam super privilegio de *Keminade* et *Visbike* benignum haberemus responsum. Decima die post auditam causam electionis vestrae vocati sumus et in praesentia episcoporum et omnium cardinalium concessit, ratam esse electionem in vos factam. Ceterum de privilegio nobis responsum est, quod res litigiosa erat, nulla ratione se posse vel velle concessurum, ut hoc tempore id, quod factum erat, auctoritate apostolica confirmaretur, maxime cum querimonia sanctimonialium scriptis penes ipsum esset reposita. Cum amplius instare vellemus, omnes uno ore, ut hoc tempore nil amplius quaeremus, hortati sunt, sufficere nobis dicentes — et hoc esse ex magna papae gratia — quod nobis non interdicebat ipsa loca, quod sicut non confirmabat, sic nec, quod factum fuerat, infirmabat.

\*) Saint-Denys. \*\*) Meaux.

**1148.** M. et D. II. 235.

*Eugenio*, Romanae ecclesiae summo pontifici, *Herimannus* comes de *Winzenburch*, advocatus ecclesiae *Corbeiensis*, commendamus *Wibaldum*, *Corbeensem* abbatem, commendamus labores, quos sustinuit in studio, quo in duobus monasteriis, in *Kaminata* videlicet et *Visbike*, quae a domino meo rege accepit, pro reparanda in eis religione laboravit — huius enim laboratoris indigemus maxime in duobus monasteriis, ubi multum divina religio deperierat; — rogamus ergo, quatinus secundum petitionem domini mei regis hanc donationem eius vestra auctoritate confirmetis.

**1148.** M. et D. II. 236.

*Eugenio*, summo pontifici, *H.*, minister ecclesiae *B. Mariae* in *Flechtorp*, *Wibaldum*, ecclesiae *Corbeiensis* abbatem, commendatum esse rogamus; laboravit enim pro reparanda religione in monasteriis, quae ex dono domni regis accepit, *Kaminata* videlicet et *Visbike*, ubi non divina servitia, sed lupanarium ludibria potius exercebantur, in tantum, ut *Kaminatensis* abbatissa, femina et conversatione et aetate juvenula, amatoribus suis de redditibus ecclesiae plus quam 100 mansos in beneficio concesserit. Unde obsecramus, quatenus praefatum abbatem, qui huiusmodi turpitudines submovere incoepit, exaudiat et regalem munificentiam confirmetis.

**1148.** M. et D. II. 236.

*Eugenio*, summo et universali pontifici, *W.* ecclesiae *B. Blasii* minister: quod *Wibaldum*, ecclesiae *Corbeiensis* abbatem, soletis in petitionibus suis exaudire, admodum exultamus et, ut deinceps id ipsum faciatis, rogamus.

Nam postquam de manu domni regis duo monasteria feminarum accepit, *Kaminata* scilicet et *Visbike*, religionis seruitutem, quae prorsus ibi deperierat, reparare studuit.

38.

1148. M. et D. II. 237.

Universalis ecclesiae summo pontifici *Eugenio C.* mimister ecclesiae sanctae Mariae in *Grevenkerken*: Exultamus, quod, *Wibaldum*, *Corbeiensis* ecclesiae abbatem, in conspectu vestro gratiam invenisse, cognovimus; est enim vir, ut in aliis religio amplificetur, studiosus, quod manifeste apparuit in duobus monasteriis feminarum, *Kaminata* scilicet et *Visbike*, in quibus religionis jam pene nulla mentio remanserat; nunc autem ibi Deus colitur, ubi paulo ante spurcitiae turpes colebantur.

39.

1149. M. et D. II. 356.

F. *Wibaldus Cunrado* Rom. imperatori: Conquerimur, quod *Mind.* episc. nos hactenus impedivit de his rebus, quas *Corbeiensi* ecclesiae attribuistis, *Kaminatam* videlicet et *Visbick*. In loco *Visbick* nunquam intravimus, nec passum pedis de tota possessione, ibi pertinente, adhuc obtinimus, prohibente hoc *Mindensi* episcopo et comite *Adulpho de Scovvenborch*, ubi etiam ipse *Mind.* episc. res monasterii per fratres *Cappenbergenses* ordinavit. Pro qua re *Corbeienses*, qui vobis de pecunia iuraverant, solvere non potuerunt.

40.

1149. M. et D. II. 361.

*Conradus*, Rom. rex, *Wibaldo*, *Corbeiensi* et *Stabulensi* abbati: quae *Corbeiensi* ecclesiae in abbatibus *Kaminata* et *Visebaccho* contulimus, ad usus eius conser-

vabimus, certi, quod *Corbeienses* pecuniam, quam iuramenti assertionem promiserant, indubitanter nobis persolvant.

## 41.

**1149.** M. et D. II. 360.

*Cunradus*, Rom. rex, *H. Mindensi* episcopo: perlata est ad nos querela *Corbeiensis* abbatis, quod de duobus monasteriis in episcopatu tuo, *Kaminata* videlicet et *Visbich*, quae *Corbeiensi* monasterio, tam consilio quam iudicio principum, contulimus, magnum impedimentum attuleris; mandamus, ut a vexatione *Corbeiensis* abbatis omnino abstineas. Praedicta enim loca divinis obsequiis mancipare studuimus, de quorum turpi et infamissima conversatione non solum eadem provincia, sed etiam regnum nostrum offendebatur.

## 42.

**1149.** M. et D. II. 363.

*Cunradus*, Rex Rom., *H. episcopo Mindensi*: Tua prudentia intelligat, utrum abbatiam *Visbiche* demutare et aliquibus personis absque nostro iussu attribuere debueris. Pro his et aliis, in quibus nos offendere nequaquam dubitasti, tibi praecipimus, ut in proxima nativitate Domini praesentiam tuam *Aquisgrani* nobis exhibeas, responsurus nobis iudicio principum de his, quae circa nos et mandata nostra neglexisse visus fueris.

## 43.

**1149.** M. et D. II. 386.

Frater *Wibaldus Johanni* et universo *Frithesel* ecclesiae conventui: Memor esse debet, qualiter nos ad suscipiendum regimen *Corbeiensis* ecclesiae compulsusti; consilio induxisti, ut pro obtinendis ecclesiis de *Kaminata* et de *Visbich* et de *Hildwardenhusen* laborem et impensam assumeremus; praesentasti etiam nobis tunc litteras

comitis *Hermanni*, qui, ut hoc ipsum faceremus, admo-  
nebat. Et credimus, quod in hoc opere promovendo pro-  
nus fueris, non solum pro delenda enormitate mulierum,  
quae ibi habitabant, sed etiam pro augmento Corbeiensis  
ecclesiae. Verum, in quantas vexationes per hoc consi-  
lium inciderimus, non solum tua intelligentia, sed etiam  
tota regni Theutonici universitas cognovit. Nos de gratia  
domini regis confidimus et ab ipso in curia sua *Franke-  
nevort* dimissi fuimus, jussi venire ad curiam, quae fu-  
tura est *Aquisgranae* in proxima nativitate Domini, ut ibi  
de obtinenda ecclesia de *Visbick* mandatum ipsius acci-  
piamus. Ceterum nos laborem illum nequaquam assumere  
volumus, quia et thesauri ecclesiae nostrae exhausti sunt  
et tam Mindens. episc., quam omnes clerici nobis in hoc  
amarissime contradicunt.

44. (cfr. 46.)

**1150—1200.** Wig. C. II. 222.

Ein corveysches Güterregister enthält: *Otto* comes  
tradidit *Burstalli*. *Conradus* rex *Keminatam* \*). *Lodewicus*  
*secundus* Abbatiam in *Visbeke* \*\*) cum singulis basilicis,  
ad ipsam spectantibus, ac decimis.

45.

**1150—1168.** Dr. 96. 98. 99. 100. 102.

Sch. tr. F. 300. 302. 303. Lsch. H.

Eberhard, Mönch zu Fulda, erzählt in der descrip-  
tio eorum, qui de *Saxonia* et *Fresia* sancto Bonifacio sua  
predia obtulerunt: § 12. *Erkenbertus* episcopus et *Lutburc*,  
Sanctimonialis femina, tradiderunt Sancto Bonifacio predium  
in *meienhusen* in pago *Zigildi* cum rebus et familiis suis  
numero VIII. § 48. *Benno* tradidit Deo et Sancto Boni-

\*) Das durch die nämliche Urkunde (Nr. 28) für Corvey be-  
stimmte Kloster Visbike ist also nicht als tradirt bezeichnet.

\*\*) Fischboeki in pago Leri.



facio quicquid habuit in his villis, *Bennestorf, Millendorf, Linturst, Helmlecestorf, Lunenloga, Cleggendorf*. § 53. *Folchrich* et uxor eius *Adalsuint* tradiderunt S. B. bona sua in duabus villis *Widen* et *Botenengre* cum mancipiis. § 75. *Hohrich* de *Saxonia* tradidit S. B. bona sua in villis istis, *Nothfelt, Elisungen, Rintbehi, Bichilingen*. § 77. Idem *Hohrich* tradidit S. B. bona sua in *Roda* in pago *Osterburga*. § 80. Ego *Hohrich* trado S. B. bona mea in regione *Saxonie* in locis istis, *Nothfelt, Helisungen, Roden, Welise, Holclareshusun* cum multa substantia et familia. § 115. Hec sunt loca, in quibus *Bernhardo* Duci beneficium prestitum est: In *Hamelo*. In *Dissenblike* VIII m., quos tunc habuerat *Wendilman, Adelman, Tado*. In *Hulside* II. In *Bedeburc* II. In *Alkesdorfe* II. *Focho* I. *Baderat* I. In *Appultere Rumer* I. In *Hadandorpe* I. *Othere*, In *Bodenangere* I. In *Hulside* II m. In *alikesdorp* II. In *Saltoif* II. In *Niendorf* II. In *Venrode* II. In *Dissenbliche* VII.

46. (12. 84.)

1157. Mai 11. W. s. VI. 334.

*Adrianus* Episcopus, S. S. D. *Themodi Visbicensi* Abbatisse: monasterium, in quo divino mancipate estis obsequio, sub nostra protectione suscipimus; sanximus quoque, ut ipsum monasterium nulli omnino persone in beneficium concedatur, sed semper sub protectione Rom. Pontificum, atque Imperatorum vel Regum defensione permaneat; prohibemus autem, ut in eodem monasterio nulli Episcoporum, preter Romanum Pontificem, liceat quamlibet jurisdictionem habere. Ego *Adrianus* Catholice Ecclesie Episcopus. Ego *Hubaldus* presbiter Cardinalis sancte *Praxedis*. Ego *Adelbertus* presbiter Cardinalis sancti *Adriani*. Dat. *Laterani* per manum *Rolandi* Cancellarii. V. Id. Maji Ind. VI. Anno Pontificatus *Adriani* III.

47. (cfr. 25.)

1153—1170. Erh W. II. 73. Sp. 160.

*Vuernerus*, Mind. episc., n. e. c., qualiter homo quidam nobilis, nomine *Mirabilis*, filiorum ac fratrum ceterorumque sui sanguinis proximorum amissione orbatus, bona sua, que patrimonii jure sibi successerant, Deo offerre curavit; itaque — cum duarum sororum suarum consensus astipulatione — in mallo *Bernhardi* Comitis, in pago *Laginge*, in loco *Niubike* beato petro eiusque ministro, mindensi episcopo, IIII curias cum earum incolis contradidit. Bona etiam militum suorum dedit. Suam uero mansionem, que vulgo *Brok* dicitur, beato Mauricio et beato Egidio et fratribus in insula delegavit, cum prediis adiacentibus, — uidelicet *Elmet* cum decima, in *Honhurst* II areas cum decima ac earum agris, areas quasdam iuxta locum, qui vocatur *Risveld*, decimam in *Osterhoue* cum agris, item decm. in *Geteneburg*, decm. quoque in *Eddessen*, — ut monasterium ibi conderetur, *Meinhardo*, Sacerdote de *Sulbike*, cuius parochie idem locus antea attinebat, collaudante. Sunt autem hec predia a prefato *Mirabili* huic ecclesie collata: *Nienstide*, *Rothehusen*, *Wackeruelde*, *Eillenuelde*, *Eckwardinghusen*, *Osterhoue*, *Risuelde*, *Elmet*, *Winethorpe*, *Honhurst*, ecclesia in *Geteneburch*, ecclesia in *Stenburch*, I m. in *Lacthorpe*, II in *Bernessen*, I in *Mundere*, unam curtim in *Merbike*, unam curtim in *Sulbike*, unam curtim in *Hursten*, unam domum in *Stidere*, unam in *Rinctelen*, unam in *Basse*, ecclesiam in *Swarmentide*. Praeterea ministeriales suos, cum ipsorum assensu, ecclesie beati Mauricii tradidit. T. Thiedfridus Abbas de insula eiusque confratres. David sacerdos. Saulus. Tidericus. Volhardus sacerdotes. Symon sacerdos. Hildeboldus subdiaconus. heinricus sacerdos. Laici: *Mirabilis*. *Bernhardus* comes de *Wilepe*. *Johannes* de *Hursten*. *Johannes* de *Nienstide*. *Ernest*. fritheric.

## 48. (cfr. 54. 209.)

1160—1170. W. s. VI. 340. Leibn. II. 177.

Quidam homo nobilis, nomine *Mirabilis*, mortuis omnibus suis pueris ac fratribus, consentientibus duabus suis sororibus, *Gerburch* et *Hildesvith*, laudante quoque marito alterius sororis, *Conrado*, — nam altera virum non habuit — delegavit ecclesie nostre omnia predia sua, videlicet in *Broke*; ministeriales quoque suos cum prediis et mancipiis, que ipse in beneficium illis concesserat, *Winethorpe*, *Elmet*, *Honhurst*, *Nienstede*, *Wackeruelde*, in *Eilenuelde* 8 m., *Egwardinchusen*, in *Merbike* curtim (curtim, et fuit parochia sua), in *Horsten* unum vorewerc cum 3 m. ibique mansum, qui pertinet ecclesie in *Geteneburg*, in *Sulbike* curtim cum 7 m., itemque ibi 2 m. ecclesie in *Geteneburg* pertinentes, ecclesiam in *Geteneburg* cum attinentiis, uno videlicet forwerc cum 6 m., itemque 2 m. in eadem villa, In *Sutheren* 1 forwerc cum 4 m. et molendinum, molendinum unum in *Ennenzenhusen*, II molendina in *Sichusen*, ecclesiam in *Stenburch*, In *Renthelen* 2 m., in *Engeren* unum forwerc cum 4 m., in *Northeim* curtim cum 6 m., itemque in eadem villa II m. et dimidium mansum cum area, In *Lachtorpe* I m. In *Bevessen* II. In *Munderen* I m. In *Utzenburg* 6 m. In *thornete* II m. In *Walsstorpe* II m., molendinum unum in *Roden*, ecclesiam in *Swarmenstede*, in *Alden swarmenstede* II m. In *Basse* 3 m. In *Vastemgeburstolde* 9 m.; molendinum et predium in *Mizelinhust*, In *Bevessen* 9 m. In *Lutmersen* 3 m. In *Hukeshole* 6 m. et saltum et molendinum iuxta jarholte, in *Athelestorpe* 10 m. In *Armbode* 5 m. In *Helstorpe* 2 m. In *Orethe* unum forwerc cum 4 m. In mallo Comitis *Bernhardi de Wilepe*, in pago *Langinge*, in loco *Nobike* juxta *Hachen*, secundum legis patriae, coram multis nobilibus *Angariae* legis peritis, hec traditio facta est. Nos, *Wernherus*, *Mind.* *Episc.*, venimus in presentiam *Ducis Saxonie et Bavarie*,

*Heinrici*, ibique coram illo traditionem seu donationem, a *Mirabili* factam, multis nobilibus, in *Angarica* lege eruditis, annuentibus, corroboravimus, ac, pietatem religiosi viri attendentes, plenam prebendam concessimus et si *Thidericus*, cognatus suus, post mortem superstes existeret, eandem prebendam usque ad finem vite sue teneret. T. Thietmarus maioris ecclesie prepositus. Anno sancti Martini prepositus. Conradus decanus. Walterus presbiter. Conradus Scholasticus. Reimarus Cellarius. Heremannus diaconus. Bruno presbiter. Frithericus subdiaconus. Nithungus subdiaconus. Nobiles: Bernhardus comes de Wilepe et filius eius Eilbertus. Comes Burchardus de Luken. Widekindus advocatus. Helmoldus de Veltbere et filius eius Helmoldus. Crath de Groue et frater suus. Heremannus de Stromberche et filius eius. Everhart de Landesberge et frater suus. Rodolfus de Holthusen. Thidericus de Lo. Ezo et filius suus. Widekindus de Stumpenhusen. Gerberte de Versflethe. Heremannus de Buckeburch. Bernhardus de Eilenhusen. Heremannus de Lone. Liberi: Ymmo. Luitwart de Holthusen. Everolt. Etheler. Adelbracht de Borthere. Walthere. Waldolf. Thietwiche. Everhart et tres fratres de Landesberge. Thietrich de Merethorpe. Othelricus de Aldenthorpe. Arnold de Scienne. Ministeriales: Evo comes civitatis. Eilwardus dapifer. Luidolfus pincerna. Vastmarus. Heinricus. Ermenoldus. Thiethardus. Adelbertus. Hildeboldus. Hartbertus.

49. (cfr. 53.)

1162. Juni 12. L. A. VIII. 51. Wed. N. I. 281.

Ego *Adelbertus*, *brandenburgensis marchio*, pro remedio filie mee, *Adelheidis*, que sepulta est in ecclesia, que *Lamesprinhe* vocatur, — consentientibus filiis meis, primum *Theoderico*, cui in hereditatem pervenerat quarta pars beneficii, pertinentis ad ecclesiam, que in uilla sita est, que dicitur *Apuldere*, reliquisque, *Ottone* videlicet, *Heremanno*, *Adelberto*, *Bernardo* — trado ipsam

quartam partem predicti beneficii sancto Adriano, sanctoque Dionysio martyribus iure hereditario possidendam in usus servorum et ancillarum dei, in ecclesia *Lamesprinhe* commanentium. In testimonium adhibiti sunt ex baronibus Bedericus de Geblizi. Elvericus fr. eius de Meringge. Arnoldus de Grebene. Herchenbertus de Walchenstene. Woltherus de Arrenstene. Gero de Anegrimesleue. Fridericus prepositus de Hakeligge. Act. 1162. Ind. X. Data *Arneburgh* II. Id. Juny.

## 50. (cfr. 57.b.)

**1167.** Febr. 10. Erh. W. II. 105. Sp. 166. Tr. W. 302.

*Wernherus*, Episc. in Ecclesia Mind, n. c., qualiter Ecclesia in *Ouerenkerken* uno sacerdote contenta fuit et ad manum Episcopi spectavit; deinde, crescente fidelium numero, eundem locum quibusdam bonis augmentavimus, unam videlicet domum in *Haburgehusen* cum omnibus pratis, siluis, glandibus, duo aratra jumentorum et sex uncias porcorum, unam domum (decimam) in *Alemultre*, Ecclesiam quoque de *Velden* cum omnibus agris suis et mancipiis; bannum etiam episcopalem super has duas ecclesias, videlicet *Ouerenkerken* et *Velden*, archidiacono fratri meo charissimo, nomine *Rotberto*, retentis aliis ecclesiis ad manum Episcopi, delegavimus. T. Thietmarus maioris ecclesie prep. Anno beati Martini prep. Conradus dec. Walderus presb. Reimarus presb. cellarius fratrum. Bruno presb. Reinhardus diac. Hermannus diac. Heithericus diac. Eppo subd. custos ecclesiae. Reinwardus subd. Volmarus subd. Milites ecclesiae: Widekindus aduocatus. Thidericus. Mirabilis. Ministri ecclesiae: Egilwardus senior, Egilwardus dapifer. Evo comes civitatis. Alexander. Thiethardus. Alwardus. Widego. Act. 1167. Ind. XV. Data *Minde*. IIII. id. Febr.

## 51. (cfr. 55.)

**1167.** Sp. 172.

*Henricus*, *Saxonum et Bawaronum Dux*, predium quoddam in *Velde*, in pago *Bucke* situm, de hereditate

nostra, — Domino *Volquino de Sualenberch* quondam a parentibus nostris concessum, nobis autem tam ab ipso, quam a pincerna nostro, *Henrico*, cui idem inbeneficiaverat, resignatum — contradidimus Ecclesie Sancte Marie in *Ouerenkerken* perpetuis usibus fruendum. T. Thietmarus maior prep. Mind. Anno prep. Volquinus comes de Sualenberch. Hermannus de Stromberge. Gerebertus comes de Versvlete. Conradus de Rothen. Meinricus de Groue. Hermannus de Buceburch. Eilbertus de Wilepe. Eilo de Slo et filius suus. Bernhardus de Vorbomen. Everhardus de Landesberch. Benno prep. Sti. Georgii. Luidolfus aduocatus de Brunswich. Jordanus dapifer. Henricus pincerna. Ecbertus de Wolverbutle. Eilwardus de Holthusen. Eilwardus de Bructhorp. Henricus de Mandeslo. Eiselberthus de Herlethe. Henricus prep. et notarius noster. Constantinus de Recluse. Act. 1167. Ind. XV. regn. domino *F. Rom. Imperatore*. Harduicus cartularius noster rec.

## 52. (166.)

**1168.** Or. G. III. praef. 37. Hoy. VII. 4. Sp. 364.

*Heinricus, Saxonum et Bavarorum Dux*, censum annualem de prediis in *Herlethe* et in *Holtsullethe* et in *Nortsullethe*, regie maiestati nobisque, ex liberalitate et gratia ipsius, pertinentem, Ecclesiae in *Scinna* regia nostraque auctoritate donavimus. T. Benno (Berno) episc. de Zwerin. Bernhardus Verdensis prep. Ethilo Lubicensis prep. Tidericus Megedeburgensis Canonicus. Heinricus Sti. Stephani prep. in Brema. Tidericus prep. de Walesrothe. Comes Conradus de Rodin. Comes Bernhardus de Wilepa. Reinbertus de Rickelinge. Luidolfus aduocatus de Brunswic. Hermannus Hode. Eilbertus de Willipa. Act. 1168. Ind. VIII. (I) regn. *Fride-rico* imperatore.

## 53. (cfr. 49. 58.)

**1169.** Apr. 20. Or. G. III praef. 38. H. Gand. 718.

*Heinricus, Saxonum et Bavarorum Dux*, contradidimus partem, videlicet tertiam, ecclesie in *Appelderen*,

que nos hereditario iure contingit, cum omnibus appendiciis suis, ecclesie in *Lamspring*, jura autem advocatie eiusdem partis nulli, nisi nostre persone, permittimus. T. Luthardus de Meinersen et duo filii sui. Conradus comes de Regensteine. Thidericus de Haldesleue. Otto de Hertbeke et Hermannus frater suus. Ludolfus de Woltingerode et fratres sui. Bernhardus de Poppenburg. Reinbertus de Rickelinge. Thidericus frater eius. Hoaldus et Unico de Horneburg. Jordanus dapifer. Henricus pincerna. Ecbertus et Widekindus de Woluerbutle. Hermannus Marschalcus de Gustide et duo filii sui. Thidericus de Salderem. Bertoldus de Bortfelde. Arnoldus de Cantersheim. Rodolphus de Dalem. Godefridus capellanus. Balduinus capellanus. Heimo capellanus. Albertus capellanus de Haluerstedt. Act. 1169. Ind. IIII (II) regn. *Friderico* imperatore. Dat. per manum Harduici notarii nostri apud *Gelethe*. XII Kal. Maii.

## 54. (cfr. 48. 71.)

**1171—1185.** Erh. R. II. 50. Erh. W. II. 114.

Quidam nobilis, nomine *Mirabilis*, cum se orbatum omni prole et herede cerneret, in mansione sua, que vulgo *Brok* dicitur, monasterium condere cogitavit, omne patrimonium suum, possessionemque universam beato Egidio contradens. *Tidfridum*, abbatem in *Insula Mindensis civitatis*, primo hoc negotio consultus adiit, eiusque consilio pariter *Warnerum*, prefate civitatis episcopum, tutorem et patronum in hac factione elegerunt. Mundiburdio ipsi dato, IIII simul curias, in usus episcopi, episcopo tradidit et fratribus maioris ecclesie beati Petri duas. Pro hac donatione episcopus prebende usum sibi dedit, simul quoque XX marcas, vni autem sororum, qui videbatur habere partem in hereditate prefati nobilis, XL marcas, alteri vero sorori prebendam in monasterio sanctimonialium. Cetera vero omnia, que possidere videbatur, ex integro tradidit beati Egidii custodie. Beneficialia autem bona

militum suorum detinuit, usque ad obitum *Weneri* episcopi, post cuius obitum, succedente *Annone* episcopo, id definitum est, ut eadem bona militum prefati nobilis beato Egidio coram episcopo, coram *Bernardo de Welpene*, *advocato monasterii in Insula*, coram abbate *Tidfrido* eiusque monasterii fidelibus, ipso episcopo annuente, donatione tradidit in manus prefati abbatis sui que cenobii. Hanc traditionem prefatus abbas, nobili isto uiuente, duobus annis possedit. Igitur miramur, qua temeritate accingentur, qui tam legitimam donationem, beato Egidio factam, infringere student.

55. (cfr. 51. 81.)

1171. Aug. 3. Erh. W. II. 111. D. Bibl. 292.

*Heinricus, Dux Bawarie et Saxonie*, allodium nostrum, quod hereditario iure ad nos devolutum est, curiam scilicet in *Velden*, ecclesie in *Ouerenkerken*, consensu heredis nostri legitimi, scilicet filie nostre, *Gerthrudis*, libera donatione contradidimus, quemadmodum eadem ecclesia, adiutorio *Wernheri*, b. m. Mind. episc., 100 marcis ab *Heinrico*, ministeriali nostro, eam comparavit ex coniuventia *Volquini, comitis de Sualenberg*, cuius nomine eam beneficii iure possedit. Hanc donationem, ex petitione *Annonis* episcopi, ratam haberi fecimus. T. Anno Mind. episc. Conradus dec. Godefridus diac. Fridericus diac. Hermannus subd. Luidolfus sac. de sancto Martino. Gerhardus prep. de Ouerenkerken. Henricus comes de Rauenesberg. Guncelin comes. Conradus de Rothe. Arnoldus de Dorstad. Reinhardus de Richlind. Meinricus de Groupe. Hermannus de Bukkeburg. Eizo de Slon. Bernhardus de Vurebomen. Euerhardus et frater eius Heinricus de Landesberge. Ministeriales ecclesie: Eilwardus de Holthusen. Erminold de Mandesle. Hartbertus. Thiethardus. Helmbertus cum innumerabilibus nobilibus et ministerialibus diuersarum prouinciarum. Act. 1171. Ind. III. Data *Ferde* per manum Hartwici Utledensis, Bremensis canonici. III. Non. Augusti.



## 56.

**1171.** Erh. W. II. 113. D. B. II. 51. H. A. 1395.

*Theodericus, Adelberti Marchionis filius, Deo et genitrici sue Marie in Ouerenkirchen duos mansos in villa, que dicitur Velden, collaudantibus heredibus nostris, patre meo videlicet et filio meo, Theoderico, et duas areas, claustro Ouerenkirchen adiacentes, contulimus. T. Meinerus Burgravius in Werbene. Ericus de Pefelde. Macharius de Doreburg. Aluericus de Hachelen. Cristianus Stumpe. Giselerus de Meredorpe. Lentfridus de Slon. Henricus de Cotene. Anno de Cocstide. Helwigus de Wirbene. 1171. Ind. III. Data p. m. Reinhardi notarii Gerhardo preposito de Ouerenkirchen, in Wirbene.*

## 57.a.

**1174 — 1184.** W. Locc. 119.

*Anno, Mind. episc., s. n., qualiter tempore Werneris episcopi, antecessoris nostri, comes Wulbrandus de Halremunt cum uxore sua Beatrice et tribus filiis, Burchardo, Ludolfo, Wilbrando, — pro Burchardi comitis salute, cuius ipse successor et heres legitimus extitit — locum in Lucca fratribus, sub monastica professione ibi Deo servituris, obtulerunt. Deinde, eodem in loco crescente religione, Christi multi fideles praedia sua ibi obtulerunt, quorum hec sunt nomina: Basilius de Sye, Henrico duce concedente, VII mansos in Berkerken et totidem Echwort, quorum unus 30 porcos mittit in silvam; Ermendrudis de Sye et filius eius Thidericus sex iugera in Berkerken etc. Hec omnia, quia tempore Werneris episcopi et sub nostra memoria ac quondam tempore nostri sacerdotii acta sunt, officii nostri auctoritate Luccensi ecclesie firmavimus.*

## 57.b. (50. 59.)

**1176.** Mai 1. Erh. W. II. 131. Sp. 175. Tr. W. 304.

*Anno, Mind. episc., — qualiter antecessor, Wernherus Episc., nouellam plantationem in Ouerenkerken*

fundaverit — adiecimus domum unam in *Mileberch* et decimam in *Velden*, a domino *Teodorico Strichligge* nobis resignatam. Haec bona et bannum episcopalem eiusdem ecclesie et ecclesiam in *Velden*, decimam in *Alemultre*, *Hoburhusen* cum omnibus appendiciis, antiqua etiam dotalis aere bona, decimam in *Nienstide*, decimam in *Hurst*, curiam quoque in *Velden* cum omnibus attinentibus, eidem ecclesie corroboramus. A. 1176. Ind. IX. Kal. Mai in ciuitate *Mindensi*. T. Thietmarus prepositus maioris ecclesie. Reinwardus presb. Reinmarus presb. cellerarius fratrum. Reinhardus presb. Heinthericus diac. Volcmarus diac. Conradus diac. Widekindus diac. Conradus diac. Hermannus subd. Nithuggus subd. Gerhardus prep. de Ouerenkercken. Widekinus aduocatus. Waltherus frater episcopi. Hermannus de Bukeburg. Eizo de Slon. Bernhardus de Mirebomen (Vurebomen). Ministeriales ecclesie: Alexander de Luttbike. Meinfridus frater eius. Thiethardus comes ciuitatis. Eilwardus dapifer. Wlframmus de Werste. Alfwardus camerarius.

58. (53. 76.)

1178. Nov. 29. Hz. III. 415.

*Adelogus*, *Hildesheimensis* episc., *Lamspringensem* ecclesiam, quam eleganter instructam inuenimus, auctoritatis nostrae privilegio communire dignum ducimus. Contulerunt eidem ecclesiae illustrissimi principes, *Heinricus dux Bavariae et Saxoniae* et *Adelbertus Marchio* cum filio suo, *Theoderico* comite, medietatem honorum in *Appeldern* in episcopatu *Mindensi*, quibus cappellani eorum inbeneficiari solebant. A. *Hildenesheim* 1178. Ind. XII. III. Kal. Decembr. in synodo, vigilia S. Andreae. T. Bertoldus presb. prep. maj. ecclesiae. Conradus dec. et presb. Burchardus prep. Beringerus prep. de sancta Cruce. Berchtoldus dec. Radmannus Abbas de S. Michaële. Lampertus prep. de Henigge. Joannes prep. de Beciggerode. Gerhardus prep. de Lamspringe. Gerhardus prep. de Stederburg. De Baronibus:

Burchardus comes de Woldenberg. Fridericus comes. Beringerus comes et filius eius. Bernhardus comes. Diethericus comes de Insula. Conradus de Poppenburg. De ministerialibus: Luitpoldus de Hildesheim aduocatus. Heinricus frater eius. Eckbertus de Tossin camerarius. Haimo de Winzenburg. Waltherus de Frethen. Conradus de Holthusen. Ernestus de Ochtersim.

## 59. (57.b. 55.)

**1179.** Erh. W. II. 149. Sp. 177. Tr. W. 366.

Anno, *Mind.* eccl. episc. — qualiter antecessor, *Wernerus* episc., nouellam plantationem in *Ouerenkerken* fundauerit — adiecimus domum unam in *Mileberch* et decm. in *Velden*, a Domino *Theoderico* nobis resignatam. Hec omnia et bannum episcopalem eiusdem ecclesie, ecclesiam in *Velden* et capellam in *Hursten*, decm. in *Alemultre*, *Hoburchehusen* cum omnibus appendiciis, antiqua etiam dotalis aree bona, decm. in *Nienstide*, decm. in *Hurst*, curiam quoque in *Velden*, cum omnibus bonis atinentibus, eodem iure, quo *Heinricus, Dux Bawariae et Saxoniae*, ante possessa obtulit, decimas etiam, que vel ipsi elaborauerint, vel infra parochie terminos elaborata fuerint, eidem ecclesie firmamus. A. 1179. Ind. XII. T. Thietmarus maioris eccl. prep. Gerhardus Abbas de Lukken. Luitbertus abbas de Schinnen. Heinricus prep. de Hamersleue. Reinwardus dec. Reinardus presb. Heithenicus diac. Folcmarus diac. Conradus Lupus. Conradus de Schonenburch. Widikinnus diac. Hermannus diac. Conradus diac. Thietmarus diac. Nithungus diac. Luidolfus subd. Liephardus subd. Hildeboldus subd. Liephardus subd. Odelricus subd.

## 60.

**1180.** Erh. R. II. 62. Erh. W. II. 153. D. B. II. 47.

H. A. 1396.

*Theodericus, comes de Wirben, H. priorisse de Ouerenkerken* ac toti eiusdem ecclesie capitulo: nos ratam

habere donationem, — videlicet *castrum in Buckeburg* cum agris et areis adiacentibus et domum *in Rosen* — quam contradidimus et, cum Prepositus ad nos redierit, omnibus modis, quibus vobis ac nobis expedit, confirmabimus.

## 61.

**1180.** Erh. W. II. 161. D. B. II. 47. H. A. 1397.

*Bernhardus, dux Angarie et Westphalie*, innotescere facio, fratrem meum, *comitem Theodericum de Wirbene*, quoddam predium in *Buckeburch* et capellam cum suis allinentibus beate Marie in *Ouerenkerken* contulisse; hoc autem factum consensus meus approbavit.

## 62.

**1180.** Erh. W. II. 160. D. B. II. 48. H. A. 1398.

*Sifridus, Bremensis ecclesie electus*, innotescere facio, fratrem meum, *Theodericum de Wirbene*, quoddam praedium in *Bukeburch* cum universa rerum adpertinentia beatae Mariae in *Ouerenkerken* contulisse; hoc autem factum consensus meus approbavit.

## 63.

**1180.** Erh. W. II. 153.

*Theodericus, comes de Wirbene*, deputavi ecclesie, que vocatur *Ouerenkerken*, bona quedam, eidem ecclesie contermina; igitur *castrum* quoddam, *Buceburg* nomine, eidem ecclesie proximum, cum areis adiacentibus et areis in *villa Ouerenkercken*, ad eadem bona pertinentibus, et molendinum in pede *collis Buceburg* et capellam in pre-nominato castro libera donatione contuli. Vt autem hoc factum ratum sit, per impressionem sigilli mei confirmatum esse statui, presentibus testimonialibus personis, quorum nomina sunt: *Siffridus Bremensis electus*. *Reinhardus notarius comitis*. *Hinricus prep. de Hamersleue*. *Meinherus Burggravius de Wirbene*. *Henricus de Cotene*. *Thetuardus aduocatus Bremensis*. *Christianus Stumpe et filius fratris sui*,

Theodericus. Bruno de Asle. Siffridus de Oldesleue. 1180.  
Ind. XIII. Acta sunt hec in castro *Wirbene*.

## 64. (87.)

1180. Erh. W. II. 153. W. s. VI. 350.

Anno, Mind. ecc. episc., n. e. v., qualiter Comes *Theodericus de Wirbene* castrum et capellam in *Bvkeburgk* cum attinentibus, videlicet agris adiacentibus et areis in *uilla Ouerenkerken* et *Vorwerco in Rosen* et molendino in pede prefate urbis, beate Marie in *Ouerenkerken* contradidit. *Hermannus* itaque de *Arnheim* nobis et ecclesie in *Ouerenkerken* idem predium, quo ipse inbeneficiatus erat, una cum uxore *Demud* et filio suo *Gothefrido*, resignavit et, ob maioris huius rei securitatem, uillicationem in *Selessen*, quam de manu nostra in beneficio tenuit, nobis eotenus resignando impignoravit, quatenus memorati (memoratum) castri predium comiti *Theoderico* resignet; quod si quo modo impeditum fuerit, LXX marcas, quas pro memorato recepit\*) predio, nobis et ecclesie in *Ouerenkerken* restituat. Ne ecclesia in *Ouerenkerken* detrimentum patietur, impignoramus nostram in *Holthusen* uillicationem, — respectu uillicationis in *Selessen*, quam ad nostrum usum recepimus, — donec ad effectum *Hermannus* deducat inceptum, uel nos prememorata ecclesie LXX marcas persoluamus. T. Reinwardus mai. eccl. dec. Burchardus de Wildesheim prep. Henricus in *Ouerenkerken* prep. Conradus Lupus. Reinboldus can. Theodericus Seti Martini can. Reinwardus sac. Laici: Withekinnus aduocatus. Florentius frater eius. Theodericus de Richelen. Ludegerus de Slon. Volquinus Schrech (de Reth). Adolfus de Eickdorpe. Theodericus de Werdere. Thiethardus Wicgrafus (Thiethardus. Wicgartus). Helmbertus camerarius. Conradus de Hamelspring. Alexander de Lutbeke. Meinfridus frater eius. Zefridus de Aldendorp. Ratho de Battorp. Bruno

\*) »Recepto« bei Erh. W. II. 154 ist wohl nur Druckfehler.

de Spenhoue. Odalricus anser. Meinhardus de Strumb<sup>h</sup> (Stromber). Henricus de Hukesow. Franco de Aheim. Act. 1180. Ind. XIII. in *civitate Minda*.

## 65.

**1181.** Sp. 187. H. Urk. I. 229.

*Sifridus*, Bremensis eccl. archiepiscopus n. f., fratrem meum, *Theodericum comitem de Wiribine*, capellam in *Buckeburch* cum attenentiis suis, nominatim domum in *Rosin* et curiam, in qua castrum fuit, ecclesie b. Marie in *Ouerenkerken*, nostri consensus collaudatione, donasse, 1181. Ind. XIII. T. Otto Bremensis prep. Theodericus de Szeuena. Rodolfus prep. de Ripesholte. Jacobus custos. Hardwicus cau. Theodericus et Burchardus. Laici: Lodwicus comes de Sinstorp. Mauricius comes de Oldenburch. Ludolfus comes de Halremund. Fridericus de Bochere. Ministeriales ecclesie: Etruggus (Gerungus). Engelbertus. Friedericus. Tiedwardus. Alardus.

## 66.

**1181.** Sp. 185.

*Bernhardus*, dux Angarie et Westfalie et comes de *Ascherleue*, n. f. quod, nostri consensus collaudatione, frater noster, *Theodericus comes de Werbene*, capellam in *Buckeburg* cum suis attinentibus, nominatim domum in *Rosen* et curiam, in qua castrum fuit, ecclesie b. Marie in *Ouerenkerken* contradidit et ipsa bona ecclesie collata principatus nostri ducatusque auctoritate corroboravimus. Act. sub *Alexandro* Papa III. sub Domino *Friderico* Imperatore semper Augusto. 1181. Ind. XV. T. Romanus prepositus. Othelricus de Within burcgravius. Conradus frater eius, et Wernherus frater eius. Otto de Dobin. Capellani: Hoyko sac. de Kotene. Conradus Waltgerus. Laici: Frithericus de Widestorpe. Comes Henricus de Dannenberg. Theodericus de Ascherleue. Harwicus de Wilmersthorpe. Conradus dapifer. Henricus Marscaleus. Henricus camerarius. Henricus de Ri-

chowe. Hesycus de Aldenthorpe. Conradus Maras. Bernhardus de Rothesleue.

67.

**1181.** Erh. W. II. 160.

*Otto, Marchio de Brandenburg, n. e. c.,* quod dilectus frater, *Theodericus de Werbene,* capellam in *Buckeburch* cum suis attinentiis, nominatim domum in *Rosen* et curiam, in qua castrum fuit, ecclesie b. Marie in *Ouerenkerken* contradidit et nos eius actionem nostri assensus attestacione corroboramus. 1181. Ind. XIV. Sifridus Burchgravius de Arneburch. Conradus de Witin. Wernherus de Cludene. Fridericus de Osterwalde. Gerhardus Valca. Fridericus aduocatus de Soltwidele. Bruno de Gersleue. Conradus de Veltberc. Godescalcus de Redese. Cono camerarius de Arneburch. Wernherus de Gardeleue. Rothengerus et Wernherus.

68. (51. 57. b. 55. 60 — 66.)

**1181.** Nov. 30. Erh. W. II. 156.

*Fredericus, Rom. Imperator,* ad instantiam *Annonis, Mind. Episc.,* et prepositi *Henrici in Ouerenkerken,* ecclesie b. Marie in *Ouerenkerken* omnia bona ipsi collata confirmauimus — ea scilicet, que *Wernherus b. m. Mind. Episc.,* fundator loci, et alia bona, que Anno episc. ipsi monasterio donatione contulerunt, curtem etiam *Velden,* quam *Hinricus quondam dux* ei contradidit, insuper *Buckeburg,* quod *Theodericus de Werbene* eidem monasterio dedit — et, ut in uilla *Ouerenkerken* forum sit, quod in uulgari *Wichilthe* dicitur, concessimus et peregrinos seu alios ad forum euntes uel redeuntes seu permanentes nostra pace et protectione gaudere uolumus; ne quis autem in uilla uiolentiam aut dominium preter prepositum exerceat, imperiali auctoritate prohibemus. T. Philippus Coloniensis, Wichmannus Magdeburgensis, Sifridus Bremensis Archi-

episcopi. Hermannus Monasteriensis, Anno Mindensis, Arnoldus Osnabrugensis, Tammo Verdensis Episcopi. Dux Bernhardus. Otto Marchio Brandenburgensis. Comes Hermannus de Rauensberg. Comes Adolfus de Schowenburg. Widekindus aduocatus Mindensis. Dat. *Erffurdie* 1181. Ind. XV. II Kal. Decembris. Ao. regni Imperatoris XXX°, Imp. XXVIII°.

## 69. (50. 80)

**1181.** Erh. W. II. 159. Tr. W. 390.

*Anno*, Mind. eccl. episc. — qualiter episc. b. m. *Wernherus* bannum episcopalem in *Ouerenkerken* et in capellis *Veldent* et *Hursten* b. Marie contradidit — nos, defuncto *Roberto*, mai. eccl. canonico, curam pastorem, quam de manu nostra in capellis tenuit, — quarum nomina hec sunt: *Lerbike*, *Tancardissent*, *Pettessen*, *Bremen*, *Geteneburch*, *Meinhusen*, *Merbike*, *Sulbike*, *Broken*, — b. Marie in *Ouerenkerken* condonamus et hoc modo filias a matre sua diu elongatas *reuocando* coadunamus. T. *Heinricus* in *Ouerenkerken* prep. *Heinricus* *Hamerla* (*Hamerstue*) ecclesie can. *Reiboldus* mai. eccl. can. *Eilhardus* in *Bructorpe* sac. *Luidolfus* in *Brema* sac. *Wilterus* scholasticus. *Meinricus* capellanus episcopi et notarius. Laici nobiles: *Heremannus* de *Arnhem*. *Ludingerus* de *Slon*. *Wolewinus* de *Redesen*. Ministeriales ecclesie: *Hartbertus* de *Mandelsla*. *Meinfridus* de *Libike*. *Harthmannus* *Colhase*. *Hogerus* de *Herssevorde*, praeterea *Helenbertus* camerarius, *Ludolfus* de *Hille*, *Ludolfus* de *Bikethorpe*. A. 1181. Ind. XIII.

## 70.

**1181.** Erh. W. II. 159. Tr. W. 392.

*Anno*, Mind. episc., — qualiter *Wernherus* episc. matricem ecclesiam in *Ouerenkerken* cum duabus capellis *Velden* et *Hursten* cum banno, resignante *Roberto*, qui hanc in beneficio habuerat, b. Marie in opus congregationis ibidem ipsi deseruentis, contradidit — nos ipsarum



capellarum bannum, quarum hec sunt nomina: *Lerbike*, *Tancardesheim*, *Petissen*, *Bremen*, *Meinhusen*, *Geteneburch*, *Sulbike*, *Broke*, *Merbike*, intemerate virgini atque ecclesie in *Ouerenkerken* donantes confirmavimus. Acta sunt hec ao. 1181 ind. XIII in Minda. T. Thetmarus prep. Reinwardus dec. Volmarus. Conradus Lupus. Widikinnus. Conradus de Schowenburg. Hermannus scholasticus. Thetmarus. Ludolfus. Nithungus. Hildeboldus. Leifhardus Caluus. Leifhardus de Blanckena. Harthwicus. Theodericus. Reiboldus. Nobiles: Widikinnus aduocatus. Hermannus de Arnheim. Godescalcus marescalcus. Volcwinus De Redesse. Ludigerus de Slon. Ministeriales: Thethardus Wicgraue. Hartbertus de Mandelslo. Alexander de Luttbike. Helmbertus camerarius. Brun de Spenthoue. Reinboldus Longus. Zabell. Olrick de Blitingehusen. Wlframus.

## 71. (54.)

**1181 — 1185.** Nov. 2. Erh. W. II. 161. Sp. 188.

*Lucius* episc., S. s. d., T. Abbati et fratribus S. Mauricii: Ex scripto *W.* episcopi Mind. accepimus, quod vir quidam nobilis, *Mirabilis* nomine, mansionem, que uulgo *Brok* dicitur, cum prediis adiacentibus, uidelicet *Elimet* et duas areas et alia uobis et ecclesie Sti Egidii, que ad uos pertinet, concessit, uidelicet predia *Nienstide*, *Rothehusen*, *Elmet*, *Winethorpe*, *honhurst*. Nos, uestris postulationibus annuentes, hec omnia, sicut ea rationabiliter possidetis, uobis et monasterio uestro confirmamus. Insuper etiam ecclesiam in *Geteneburch* cum omnibus attinentibus, ecclesiam in *Stenburch* cum omnibus ibi pertinentibus, vnum mansum in *Larthorpe*, duos in *Bernessen*, vnum in *Mundere*, vnam curtim in *Merbike*, vnam in *Sulbike*, vnam in *Hursten*, vnam domum in *Stidere*, vnam in *Rinctelen*, vnam in *Basse*, ecclesiam in *Suarmenstide*, sicut ea ex predicti Nobilis donatione possidetis, roboramus. Dat. Lateran IIII Nonas Nouembr.

72. a. (48.)

**1181 — 1185.** W. s. VI. 364.

Abbas *Insule Mindensis* litteras Domini Apostolici habuit de querimonia, quam fecit adversus episcopum *Mindensem*. Nos, *Herimannus, Monasteriensis episc.*, auctoritate apostolica super hac causa iudices delegati, transactione maluimus litem terminari quam ordine iudiciario. Presentibus *Osenbruggensi episc.* et eiusdem eccl. prep. *Lenfrido* et decano *Joseph*, preposito quoque maiori *Monasteriensis eccl. Bernharde* et decano *Bernharde* et uicedomino *Francone* et maiori *Hildesheimensi prep. Bertoldo*, adhibitis etiam eis, quibus dominus *Mind.* sua credidit consilia, uidelicet eiusdem ecclesie maiori preposito *Thetmaro* et *Wernhero Halverstadensi canonico et preposito in Bosselef* et *Heinrico prep. in Overenkerken*, adhibitis etiam, quibus abbas sua credidit consilia, Decano *Mindensi Reinwardo* et preposito de *Wallevesrot* et sue ecclesie priore, aliis litteratis assidentibus, movebatur questio de prediis Domini *Mirabilis*, que *Mindensi ecclesie* contulit, partem ecclesie b. *Mauritii in Insula* assignavit. Idem abbas asseruit quandam occultam donationem factam a Dno Episcopo, quam Episcopus negavit; que lis sic a iudice decisa est consilio assessorum, ut ea donatio, que facta est in pago *Loigge*, in mallo *comitis Bernhardi*, ipso iudice, rata permaneat et si qua fuerit occulta, irrita et nulla sit.

72. b.

**1181 — 1185.** W. s. VI. 366.

Notum sit, abbatem *Insulanum de Minda* de controversia, inter episcopum *Mindensem* et ipsum abbatem habita, litteras Domini Apostolici tulisse, in quibus preceptum est *H. monasteriensis Episcopo* a summo Pontifice, causam ordine iudiciario terminare. Nos, *Arnoldus, Osnaburgensis*

Ecclesie minister, cum preposito nostro *L. Maiore* et decano maioris ecclesie nostre *Joseph*, utrique parti pacem consulimus; in tantum vero res processit, quod utraque pars consiliarios suos statuit. Consilarii Mind. Episcopi fuerunt *Thetmarus*, maioris ecclesie prep., *Wernherus Halverstadensis eccl. can. prep.* in *Bosselef*, *Heinricus* in *Ouerenkerken prep.*; abbatis Consilarii fuerunt *Renwardus maior dec.*, prep. de *Wolleueswt* et ecclesie sue prior. Preposito *Bertoldo* maiori *Hildenesheimensi* assidente, preposito quoque maiori *Monasteriensis* ecclesie *Bernhardo* et Decano *Bernhardo* et Vice Domino *Francone* assidentibus, movebatur questio de prediis Domini *Mirabilis*, que *Mindensi* ecclesie contulit, partem ecclesie b. *Mauritii in Insula* assignavit. Idem abbas asseruit quandam occultam donationem factam a Domino episcopo, quam episcopus negavit; que lis a *Monasteriensi episcopo* et a nobis ceterisque assessoribus sic decisa est, ut ea donatio, que facta est in *Loigge*, in mallo comitis *Bernhardi*, ipso iudice, rata permaneat et si qua fuerit occulta, irrita et nulla sit.

73.

1181 — 1185. Erh. W. II. 162.

*Thietmarus*, mai. eccl. Mind. prep., *Reinwardus* dec. atque universum ipsius eccl. capitulum n. e. v. de concambio, quod inter nos ac *Heinricum*, ancillarum Christi in *Ouerenkirchen* prepositum, litorum ecclesie nostre consilio et aduocati collaudatione, actum est. Nos predium in *Herdissen*, quod in *silva Bukiburg* situm est, quod diuturno tempore desertum et inutile erat, ecclesie *Ouerenkirchen* in concambium consignavimus, pro qua a prenotato preposito agros quosdam, qui in campis uillarum *Scoithe* et *Petese* atque *Gnatenhuson* siti sunt, ad opus prebende nostre recepimus.

## 74. (81.)

**1181—1185.** Erh. W. II. 162. Tr. W. 393.

Anno, Mind. eccl. episc. n. e. v. de concambio, quod inter fratres nostros, *Thietmarum*, maioris ecclesie nostre, et *Heinricum* ancillarum Christi in *Ouerenkerken* prepositos, litorum ecclesie consilio et aduocati conuientia ac collaudatione, actum est. Maior prep. predium in *Herdissen*, quod in silua *Buckiberge* situm est, quod tum temporis desertum omnimodo erat, ecclesie in *Ouerenkerken* consignavit, pro quo *Heinricus* prep. agros quosdam, qui in campis villarum *Schogethe*, *Petesse* atque *Guatenhusen* siti sunt, ad prebendam fratrum maioris ecclesie restituit. Vt huius concambii actio stabilis perseueret, auctoritate domini apostolici *Lucii* firmamus, nostroque banno stabilimus.

## 75.

**1181.** Cal. Urk. I. 1.

*Heinricus*, prep. in *Overnkerken*, n. e. v., quod actum est in diebus *Gerhardi* prepositi, predecessoris nostri, quomodo nobilis vir *hezso de Slon*, cum filiam suam *Gerthrudem* b. Marie in loco nostro offerret, domum unam in *Stedere* et unam *sileworth* cum omnibus ad eam pertinentibus, uidelicet cultis et incultis, silvis et pascuis et glandibus, simul cum filia obtulit. Ad confirmandam eandem donationem prep. *Gerhardus* XII marcas argenti *hezoni* ab ecclesia tradidit. Sed filii ipsius, *Reinbertus* et *Ludigerus*, aduocatum super ipsa bona, rogatu nostro, ecclesie nostre tradiderunt. T. Thetmarus prep. mai. eccl. Reinwardus presb. Conradus, Widekindus diaconi. Nithuggus subd. Widekindus aduocatus, hermannus de *bykeb*. 1181. Ind. XIII.

76. (58.)

1182. Dec. 12. L. A. VIII. 52.

Anno, Mind. Episc. inn. c., qualiter *Gerhardus, Lamspringensis* prep. postulavit, quatenus ea, quae principis, *Henricus dux* et *Adelbertus marchio*, in ecclesia *Apelderem* hereditaria successione obtinuerunt, quaeque *Lamspringensi* ecclesie, quae in *Hildesenensi* episcopatu sita est, contulere, episcopali nostro privilegio confirmarem. *Henricus dux* de sua portione haec contulit: *Levern* tres mansos, *Hiddekestorp* unum m., *Saltorf* unum, *Neintorp* unum, *Veggentorf* unum, *Bechire* tres coctiones salis, *Wigradisen* duos et dimidium, *Remestorp* unum, *Apelderem* dotalem aream, tres mansos, *Holthusen* novem jurnales et fructus. *Adelbertus marchio* itemque filius eius, *Theodericus comes de Wiribine*, praesente duce *Henrico*, de sua portione donaverunt in magno *Hiddekestorp* unum mansum, *Saltorp* duos, *Alkesdorp* unum et ibidem dimidium fundum et decem jurnales, *Venrotore* fundum et dimidium mansum, *Wengentorp* fundum et dimidium mansum, *Valden* unum m., *Bechire* tres coctiones salis, *Antendorp* unum mansum, *Reterem* unum, *Wigredisen* duos et dimidium mansum, *Remestorp* unum, *Appeldere* unum, *Levere* fundum et dimidium mansum, *Appelderem* dotalem aream, in qua sunt tres mansi et eorum decimae, *Holthusen* novem jurnales. Nos praememorata bona ecclesiae *Appelderem*, quae *Lamspringensi* ecclesiae collata sunt, et decimam dotalium arearum, decimamque trium mansorum *Veggentorp*, ecclesiae in *Appelderem* in parte illa beneficii, quae *Lamspring* attinet, quam capellani quondam eorundem principum inter se divisam tenuerunt, perpetualiter confirmamus. Datum est hoc privilegium *Lubbicke* 1182 ind. decima quinta, secundo idus decembris. T. Thietmarus mai. eccl. prep. Reinwardus dec. Volmarus cellerarius. Hermannus scholasticus. Reinhardus presb. Heithenricus diac. Conradus diac. Reinboldus presb. Henricus prep.

de Overkerken. De baronibus: Widekindus aduocatus. Rembertus et Ludegerus de Slon. Mauritius comes de Aldenburg. Ministeriales ecclesiae: Hartbertus de Mandelse. Alexander de Lutthicke. Thitmarus de Repholthusen. Eilwardus et Arnoldus fratres de Wegenethe. Meinfridus. Thidericus et filius eius Eilwardus Wustrick. Hogerus de Appelderem.

77. (27. 238.)

1183. Febr. 27. Erh. R. II. 65. Erh. W. II. 164.

*Lucius*, episc. S. s. d., *Henrico* Abbati monasterii apostolorum Petri et Pauli *Patherburnensis*: idem monasterium sub nostra protectione suscipimus; praeterea quaecunque bona idem monasterium possidet, firma uobis permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda uocabilis: *Within* cum ecclesia, *Merbike* cum ecclesia, *Gellendorp*, *Rumbeke*, *Fuelen*, *Dotenhusen*, *Waltmanneghuson*, *Halle*, *Thensin*, *Rune*, *Deheim*, *Bekchuson* etc. *Appele*, *Wesle*. In *Thesterbant* curtem cum tota familia. Ego *Lucius* catholice eccl. episc. ss. Ego *Theodinus* Portuensis et sanctae *Rufinae* sedis episc. SS. Ego *Henricus* Albinensis episc. SS. *Vivianus* tt. S. *Stephani* in celio monte. Prbr. Card. SS. Ego *Laborans* prbr. card. S. *Mariae* trans *Tiberim* tt. *Calixti* SS. Ego *Ranerius* prbr. card. Scor. *Johannis* et *Pauli* tt. *Paginachii* SS. Ego *Gratianus* scor. *Cosme* et *Damiani* diac. Card. SS. Dat. *Velletri* per manum *Alberti* Sancte *Romane* ecclesie presbyteri Card. et Cancellarii. III. Kal. Martii Ind. II. 1182. Pontificatus vero *Lucii* pp. ao. II.

78. (6. 431.)

1183. März 17. P. M. 61.

*Lucius*, episc. S. s. d., *Mechtildi* Abbatissae ac conventui de *Molenbeke*: monasterium vestrum cum possessionibus et omnibus bonis sub nostra protectione suscipimus, specialiter autem villam ipsam de *Molenbecke*, quam b. m. *Hildegurg* mulier et *Folkart* presbiter, cum ipsum

monasterium fundaverunt, pia devotione dederunt, praeterea decimas de 120 aratris, quas *Drogo*, quondam *Mind.* episc., monasterio assignavit. Datum *Velletri* XVI. Calend. Aprilis.

79. (57.a.)

**1183.** Dec. 6. W. Locc. 126.

*Lucius*, episc. S. s. d., *Eckehardo* abbati monasterii in *Lucca*: quaecunque bona idem monasterium possidet, firma vobis permaneant, in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: in *Asbeke* 7 m., in *Berkkerken* 7 m., Molendinum *ad Paludem*, domum unam in *Lettere*, aliam in *Wallege* etc. Dat. *Anagninae* VIII. Id. Decemb. Ind. secunda 1183. Pontificatus *Lucii* papae III ao. III.

80. (69. 70. 59. 60. 73. 74. 93. 102.)

**1185 — 1206.** Erh. W. II. 182. Sp. 181.

*Thetmarus*, *Mind.* eccl. episc. — qualiter b. m. *Wernerus* episc. ecclesiam nouelle plantationis in *Ouerenkerken* fundavit, quam episc. Anno quibusdam beneficiis ampliavit — omnia illius ecclesie bona in perpetuum eidem ecclesie damus, bannum videlicet episcopalem in ipsa ecclesia et in ecclesiis *Velden*, *Hursten*, *Merbike*, *Sulbike*, *Meinhusen*, *Geteneburg*, paruum *Bremen*, *Lerbike*, *Petissen*, *Tankerlessen*; decimam in *Alemultere*, domum in *Mileberge*, *Habergehuson* cum omnibus suis appendiciis; antiqua etiam dotalis aere bona, decm. in *Nienstede*, decm. in *Hurst*, curiam in *Velden* cum omnibus attinentibus, eodem iure, quo princeps *Heinricus Dux* ante possessa obtulit; castrum in *Bukaburg* cum capella et omnibus capelle attinentibus, que comes *Thiodericus de Wrbene* sancte Marie obtulit; predium in *Eruessen (Hennessee)*, quod de villicatione *Wlbike (Wilbike)*, cum assensu aduocati et consilio villici *Rabodin* et litonum, per cambium ecclesie in *Ouerenkerken* dimisimus, pro quo agros *Sogethe*, *Knatenhusen* et *Petissen* recepimus; decm.

in *Velden*, decm. curie eiusdem ville, quam Dominus *Conradus de Rothe* per commutationem, in manus episcopi *Annonis* resignando, a Domino *Justacio* absolutam ecclesie in *Ouerenkerken* contulit, pro qua decima *domina* \*) *Sophie* in *Rotherkissen* decimam duorum mansorum in *Sulbike* et cuiusdam deserti predii in *Merbike* recepit.

81. (55. 73. 74. 51.)

1186. Erh. W. II. 187.

*Thietmarus*, Mind. eccl. episc. n. u., quod sub antecessore meo, *Annone* episcopo, me existente maiore preposito, *Heinricus*, prep. in *Ouerenkerken*, nouellare cepit partem predii in *Heilevelde*, quam *Dux Heinricus*, a suo ministeriali *Heinrico* comparatam, coadiuuante *Wernero* tunc episcopo, ecclesie in *Ouerenkerken* contulerat, quod tamen predium tanto temporis intersticio adeo incultum fuerat, ut nec ipsi quidem sulci viderentur, nec ulla ibi habitantium eius facti meminisset longeuitas. Verum, quia uillici maioris ecclesie asserebant, in eis terminis mansum unum ipsam maiorem ecclesiam habere et, tantundem ibi *Mulenbicensem* ecclesiam possidere, sui affirmabant coloni, licet neutra pars expresse iugera sciret demonstrare, Anno episcopus nihilominus et ego *Heinrico* tunc preposito contulimus, quatenus ipse et quisque suorum sequacium utriusque ecclesie uillico, *maioris* uidelicet et *Mulenbicensis*, unum solidum annuatim solueret. Act. 1186. Ind. IIII.

82.

1188. Erh. W. II. 199. Erh. Z. VIII. 116.

*Th.* Mind. episc. n. f. qualiter comes *Ludolfus de Dasle* ecclesiam in *Sulbiche* cum attinenctis b. M. in

\*) »Decimam domus« bei Erh. W. II. 183 ist wohl nur irriger Abdruck, veranlasst durch die Auslassung einer längeren Stelle, die sich vor »pro qua« bei Sp. 181 findet.



*Ouerenkerken* fideliter offerendo contradidit, curtemque suam in uilla preposito in *Ouerenkerken* ac seruis et ancillis, Dei Genitrici in eodem loco seruiantibus, pro XI marcis uendit, uerum ius aduocatie super prenominata bona predictae ecclesie et preposito pro VIII marcis specialiter assignavit, pecuniamque sic acceptam partim in peregrinationis labore *Iherosolimam* eundo predictus *Ludolfus* expendit, reliquum uero sancto Domini sepulchro obtulit. T. Ludolfus capellanus episcopi. Bertoldus sac. Reinoldus de Geteneburch. Lambertus de Sulbike. Hermannus de Meinhusen. Nobiles uero: Hermannus de Arnheim. Adolphus de Ectorpe. Thethardus dapifer. Thethardus de Wedechin. Meinhardus de Stromberge. Henricus de Bucele. Eustachius de Vorenholte. Woltherus Magnus. Ludegerus de Schöwenburch. Hartwicus de Homburche. Rauen de Corbeia. Gerlagus de Mandelbike. Hermannus de Dasle. Conradus Casemar. Henricus de Stackenbike. Ludolfus de Milinchusen. Woltherus de Osen. Meinzo de *Ouerenkerken*. Tankewardus de eadem uilla. Eluericus et Luderus de Sulbike. Theodericus de Wackerfelde. Act. 1188.

83. (82.)

1190. Erh. W. II 211.

— Hec lex plerosque de clero *Mindensi* ad hoc inclinavit, ut semel in anno quolibet, ad uisitanda limina uirginis Marie, in *Ouerenkerken* conueniant, ibique ad laudem Dei et Genitricis eius ymnos diurnos et nocturnos decantent. Sed, quia considerabant, quosdam ab hoc comitatu diuelli, quos uerecundia paupertatis domi detinuit, mansum de cultis agris in *Velden* a preposito *H.* et ecclesia de *Ouerenkerken* titulo emptionis comparabant — uidelicet III<sup>or</sup> marcis, quas idem prep. ad emptionem prediorum in *Sulbike* addidit — mittentes eum eiusdem prepositi culture, sub pensione tali, quatenus annuatim decano sue fraternitatis quatuor solidos mind. monet in die Sti.

Gorgonii *Minde* representet, ut de his clericis eiusdem fraternitatis, quibus propria facultas non suppeteret, ad prenominatum locum convenientibus pastus prebeat et in alios pauperum usus distribuantur. *Thietmarus*, *Mind.* episc., ut hec robur optineant, banno nostro firmavimus. Act. 1190. ao. pontificatus nostri quinto. T. Wernherus mai. eccl. prep. Conradus dec. Reinhardus sac. Volcmarus sac. Hermannus sac. Conradus diac. Nithungus diac. Hildeboldus diac. Liefhardus diac. Otto custos diac. Luidoldus subd. Reinholdus presb. Rainwardus presb.

## 84. (46. 89.)

1192. Mai 30. P. V. 71.

*Coelestinus* episc., S. s. d., filiabus Abbatissae, Priorissae et toti capitulo *ecclesiae Visbeccensis*: monasterium, in quo divino obsequio estis mancipatae, sub nostra protectione suscipimus, libertates et immunitates a praedecessoribus nostris romanis pontificibus, *Eugenio*, *Hadriano*, *Alexandro*, *Lucio*, nec non libertates et exemptiones ab imperatoribus, regibus et principibus ecclesiae vestrae concessas auctoritate apostolica confirmamus. Dat. *Romae* apud S. Petrum III. Cal. Jun. Pontificatus nostri ao. secundo.

## 85. (90.)

1200. Erh. W. II. 266. Sp. 312.

T. *Mind.* episc. c. c. m., qualiter comes *Bernhardus de Poppenburch* ecclesiam in *Meinhusen* cum attinentiis b. Marie in *Ouerenkerken* fideliter offerendo contradidit, curtem quoque suam in eadem uilla, cum omnibus commodis ad eam pertinentibus et quadam silua, que uulgariter *Sunderen* uocatur, preposito in *Ouerenkerken*, suisque obediencialibus fratribus et sororibus, Deo in eadem ecclesia militantibus, in usum et fructum et proprietatem pro 150 marcis uendit et tam ipse, quam heredes sui in mallo *Helemberti comitis* in pago *Schapeuelde* in ripa *Wisare*

fluminis omni jure abdicarunt. Act. 1200. T. Wernherus summus prep. Leifhardus maior. dec. Otto custos. Raimwardus, Godefridus, Theodericus de Huleuelde, Leifhardus de Blanckena, Hildeboldus, Widechindus de Plesse, Henricus de Landesberge, Conradus et Waltherus de Scowenburge, Canonici mai. eccl. Theodericus dec., Theodericus Longus, Burchardus, Johannes, Canonici Sti Martini. Bernhardus abbas Sti Mauricii et Eilhardus prior eiusdem loci. Nobiles uero: Widekinnus aduocatus. Henricus de Ruthenberg. Ludegerus et Reimbertus de Slon. Theodericus de Se. Fridericus de Lo. Ministeriales uero: Thetardus Wiegriuius. Ludolfus dapifer. Ludolfus pincerna et Henricus frater eius. Lutbertus de Eisberge. Hartmann Colhase et frater eius Herman. Ratho Ceren (Altcorn). Rodolfus. Bodo et alii, qui ad mallum Helemberti ipsius uocatione conuenerant.

86. (93.104. a. 111.)

1203. Or. G. III. 626. Mad. 239.

*Otto, Rom. rex, una cum fratribus nostris, Henrico Saxonie duce eodem Rheni Palatino comite, et Gwillihelmo, patrimonii nostri diuisione portionem predicto fratri nostro Henrico duci, a nostris segregatam, istis terminorum certis interstitiis distinximus: Incipit loco, in quo fluius Sevina influit Albiam etc. Insuper Chelle (Cielle) et Nortberg et curtis Vrileda cum suis pertinentiis etc.* Act. 1203. Ind. V. ao. regn. nostri IV. Intererant huic nostrae diuisioni Principes: Hartbertus Hildessemensis episc. Wedekint Chorbensis abbas. Laici nobiles: Symon comes de Tekkinborch. Bernhardus de Wilpa. Henricus comes de Strumpinhausen. Curadus de Dikka (Zicka) et filius eius. Hermannus de Lippa. Henricus de Danne. Ministeriales: Curadus de Wilre dapifer regis. Symon Aquensis camerarius. Ludolphus de Eseebeke et frater eius Baldeuvinus. Basilius de Ostirrode. Fridericus Marschalkus. Eilardus de Obarge. Ludolphus de Bortfelde. Ottravinus de Rottorp (Rotdorp). Erewicus de Vtissen. Hartungus de Rotinkirche.

87. (64. 82. 74. 80)

**1204.** A. 1. Erh. Z. VIII. 117.

*Thietmarus*, *Mind.* eccl. episc., n. e. v., quod dissensio inter *Hermannum de Arnheim* et *Heinricum*, prepositum de *Ouerenkerken*, eiusque successorem, *Luidegerum* prepositum, terminata est. *Hermannus* vsurpabat sibi bona, capelle in *Buckeburc* attinentia, scilicet XII mansos, et aliquam partem advocatie super hec (hec et) alia bona, claustro adiacentia, — locum, qui appellatur *Sulta*, ville *Sulbeke* attinentem — que *Ludolfus* et *Adolfus* comites de *Dasle* in *Ouerenkerken* obtulerant, locum preterea *Herdesseim*, quem *Heinricus* in concambio de villificatione *Wolbecke* acceperat, et locum dictum *Suitenburn*. Super hac controversia sopienda *Luidegerus* consilio *Wernereri*, maioris prepositi, XX marcas contulit *Hermannno*. Act. 1204. Ind. VII.

88.

**1205.** Nov. 4. A. 2.

*Hermannus*, *Northemensis* abbas, puellam *Swanenburgem*, ministerialem ecclesie in *uisbeke*, que cuidam nostro ministeriali copulata est, cambiimus, et alteram puellam, *hetewigem*, ecclesie in *uisbeke* tradidimus. Act. in *Visbeke* 1205. ind. sexta. II. Non. Novembris. T. Domina abbatissa Berta eiusdem ecclesie in *Visbeke*. Sacerdotes *Fridericus* et *Meinricus*. Ministeriales ecclesie: *Bruno*. *Conradus* de *houengen*. *heinricus* et *hermannus* juvenis de *Wederberch*. *Wichardus* ministerialis comitis *adolphi* de *Seovenborch*.

89. a. (84. 149.)

**1206.** Oct. 19. P. V. 73.

*Innocentius*, episc. S. s. d., filiabus *Berthae* abbatissee et toti congregationi secularis ecclesiae in *Visbecc*: ecclesiam vestram sub nostra protectione suscipimus. Dat. *Lateran* XIV. Kal. Novembr. Pontificatus nostri ao. IX.

**1208.** Gr. Liv. 227.

*Henricus*, Mind. eccl. episc., n. s., quod bona, que *Dominus Hildebrandus*, prep. de *Ouerenkerken*, a Domino *Lamberto de Emplede* suisque heredibus comparauit, videlicet tres mansos in *Kerckhorsten* et decimam super septem mansos in eadem villa, et in *Helpersen* super totidem, ipsi in manus dominorum, a quibus eisdem bonis erant infeudati, it est mansos Domino *Hildeboldo comiti de Roden* et decimam domino *Hermannno de Arnheim*, resignauerunt. Prenominatus comes et dominus *Hermannus* iuri suo, quod sibi, ratione infeudationis a nobis facte, in eisdem bonis vendicabant, omnimodis renuntiauerunt, nos autem prelibata bona sancte Marie in *Ouerenkerken*, ibique Christo militantibus contulimus. T. Dominus *Gotfridus* et dominus *Engelbertus* canonici. *Johannes* sac. in *Velden*. *Joannes* de *Ditriche* scholaris episcopi. *Waltherus* filius aduocati de *Sosatis*. *Euerhardus* de *Landesbere*. *Joannes* de *Bickeshouede*. *Ludolphus* pincerna. *Albertus* de *Horst*. *Henricus* *Roph* et hii milites, preterea alii quam plures. 1208 ao. pontificatus nostri tertio.

90. (85.)

**1208 — 1232.** A. 22. Sch. 214.

*Comes Bernhardus de Poppenberg* villam in *Maynhusen* cum ecclesia vendidit ecclesie in *Ouerenkerken*; per intervallum autem filius sororis sue, *Otto de Scanenbike*, quia consensum huic negotio non adhibuerat, eadem bona impetiit; prep. itaque *Hildebrandus*, qui tunc eidem presedit ecclesie, *Otoni* 30 marcas persolvit, ut facto auunculi consentiret; quod et fecit coram nobis in mallo *Adolphi de Scowenborgh*, *Ludingero de Aldendorpe vice comitis* iudicio presidente, in pago *Ouerenkerken* sub arbore prope cimiterium sita.

**1208—1232.** \*) Sch. 214.

*Mauritius, comes in Spegelberg, n. e. v. qualiter pater meus, comes Bernhardus in Poppenborch, bona in Meynhusen, que fuerunt sororis sue Berte, ecclesie in Ouerenkerken pro 150 marcis vendidit; Berta eadem bona, quia sibi hereditario jure inheserant, eidem conuentui una cum patre meo fideliter resignauit. Ego vero, qui postea natus, ex quo parentum meorum acta didici, que ipsi egerunt, rata permanere volo.*

92. (100.)

**1213.** Cal. I. 7.

*L. prep., Th. dec. totumque Patherburnense capitulum, domino B. et H. priorisse in Berscyngehusen bona cum mancipiis in Waltheryngehusen, ecclesie et prebende nostre attinentia, iure uillicationum et officialium in perpetuum dimittimus possidenda, ut exinde in curtem nostram Redynchusen annuatim dimidium fertonem arg. persoluatis, insuper, si aliqua mancipia recuperaueritis, ampliozem detis pensionem. Act. 1213. ind. prima. T. heinricus prep. sanctorum apostolorum petri et andree. Conradus cvstos. Wlfram, Craht, folquin, Gerhart canonici. Tydericus frater de Berscyngehusen. Regenbodo presb.*

93. (86. 98.)

**1213—1215.** Or. G. III. 714. Sp. 32. Cal. V. 1.

*H., Dux Saxonie Comes Palatinus Rheni, n. f., quod Thitwardus et Theodricus fratres, ministeriales nostri de Vridede (Vridela), duas curtes et tres mansos de manu dapiferi nostri Jordani tenuerunt, — quos idem Jordanus*

\*) Die Urkunde wird in die späteren Jahre des angegebenen Zeitabschnittes fallen, weil Mauritius nach 1200 geboren sein wird.

de nobis tenebat — prefatos autem mansos et curtes *Jordano* resignaverunt et ipse nobis, nos vero ea ecclesie *Vornhagin* tradidimus.

## 94.

**1213.** Nov. 28. Or. G. III. 650. Hug. 16.

*Henricus, Dux Saxoniae et Comes Palatinus Rheni*, Praeposito et conventui de *Ouirnkirchen* n. f., quod bona, quae de nobis tenuit *Reinardus de Fornholt* in villa *Outhirssin*, cum ipsius consensu, vestre ecclesie conferimus; similiter etiam bona viduae, in eadem villa posita, vobis confirmamus. Dat. apud *Stalekin*, castrum nostrum. 1213 (1211). Quart. Kal. Decembr.

## 95.

**1214.** März 9. Or. G. III. 650. H. A. 1419. Hug. 16.

*Hinricus, Dux Saxonie, Comes Palatinus Rheni*, sciatis, quod ecclesia in *Ouirnkarchin* bona in *Ochteresen (Dottirsen)*, quae nostra fuerunt hereditas et *Reinardus de Fornholt (Varnholte)* de nobis tenuit, erga ipsum *Reinard (Reinardum)* justè comparavit et nos proprietatem eorundem bonorum praedictae ecclesiae contulimus. Dat. apud castrum nostrum *Chellis (Czellis)* VII. Id. Martii Ind. secunda.

## 96.

**1215 — 1220.** West. 35. Inh. Ang.

*Conradus*, Mind. episc., de donatione medietatis decime in *Meinhusen*, cenobio in *Ouerenkerken* facta.

## 97.

**1215 — 1222.** A. 18.

*Conradus*, episc. Mind. eccl., n. e. v., quod *Ludingerus*, miles in *Scowenberc*, domum in villa *Cobbenhusen* ecc. b. Marie in *Ouerenkerken* contulit, quam, quia a

nobis tenuit, in manus nostras resignavit; nos, *Ludingero* petente, ipsa bona eidem ecclesie possidenda obtulimus et in manus prepositi *Hildebrandi* tradidimus. T. Wernherus prep. S. Martini. Godefridus Scholasticus. *Frithericus de Lo. Henricus de Bardeleue. Frithericus Post et Waltherus milites in Scowenberc.*

## 98. (93.)

**1215.** Sept. 19. W. s. VI. 371. Sp. 194. Cal. V. 9.

*C. Mind.* episc. n. u., quod de transitu cenobii *Vorenhagen* ad locum, qui *lacus sancte Marie* vocatur, inter *episcopum C.*, de consensu totius capituli, et *B. comitem de Wilepa (Wilepia)* sic fuit ordinatum, ut domina abbattissa cum toto convento dominarum et conversorum ad *lacum beate virginis* transiret, omnes redditus priori loco assignatas perceptura, sola villicatione *Vorenhagen* cum silve particula excepta; ipsa enim eo jure, quo eam p. r. episc. *Theodmarus* tenebat, ad nos revertetur. T. Otto maior prep. *Heinricus dec. Lefardus prep. sti Martini. Conradus de Scowenburc. Theodericus Celerarius. Godefridus Scolasticus. Waltherus de Scowenburc. Heinricus de basthorp. Heinricus de Monte. Warnherus de Arnheim. Theodericus de See. Alardus buddo. Heggehardus. Magister Wluerus et totum capitulum. Laici: Ludingerus de Slon (Non). Folcmarus de Burninghusen. Arnoldus Camerarius. Fridericus de Hernesel (Hernesen). Ludolfus de Nienburc. Heremannus de Nienburc. Johannes de Heueren. Widekindus de Lo. johannes de Bruninghusen. Fredericus de Stegerde. Sedebodo de Burc. Act. 1215. XIII. Kal. Octobris. Pontificatus nostri ao. secundo.*

## 99.

**1215 — 1224.** A. 26. Cal. V. 18.

*Adolfus, comes de Schowenburg,* et filius meus ejusdem nominis n. e. v. quod domina *Gisla de Antenthorpe* mansum unum in *magethevelde*, quem jure feodi a nobis



tenuit, justo herede carens, in manus nostras resignavit, ea conditione, ut eundem cenobio sacrarum virginum, quod dicitur *lacus sancte marie*, in proprietatem conferremus, quod pro delicto pie memorie uxoris nostre, domine *Alheidis comitisse*, quod edendo carnes in quadragesima ad dispensationem episcopi et capituli *mindensis* deliquerat, secundum uotum ipsius perfecimus.

100. (92.)

**1216.** Febr. 1. Cal. I. 11.

*Innocentius*, episc. S. s. d., ecclesiam sancte Marie de *Berchsihusen* cum omnibus bonis, que possidet, sub nostra protectione suscipimus, specialiter autem In *Edingehusen* et *Nienstede* mansos 14, In *Walteringehusen* unum etc., decm. in *Enthorpen*, decm. in *Elbingehusen*, decm. in *Groue* etc. Dat. *lateran.* Kalendas februarii. Pontificatus nostri ao. octavo decimo.

101.

**1218.** A. 10. H. A. 1418.

*Hinricus, Dux Saxonie, Comes Palatinus Rhenensis*, contulimus ecclesie *Ouerenkerken* bona in *Geldorpe*, que ministeriales nostri de *Horsten, Halt* et *Engelhardus*, de nobis tenuerunt et nobis resignaverunt. T. *Conradus* comes de *Roden*. *Henricus Hize*. *Reynardus* de *Vornholt*. *Arnoldus* de *Vornholt*. *Borchardus dapifer comitis de Schowenborch*. Dat. *apud Brunswich*. 1218. Ind. sexta.

102. (80. 95. 101.)

**1218 — 1236.** D. B. II. 48. H. A. 1416.

*Conradus*, *Mind. eccl. episc.* — qualiter *Wernerus* episc. ecclesiam in *Ouerenkerken* cum oblatione quorundam honorum fundavit, quam episc. *Anno* quibusdam beneficiis ampliavit, que ejus successores, episcopi *Thetmarus* ac *Henricus*, inchoaverant — eundem locum liberum

fore decrevinus, tamquam unam de preposituris in ecclesia *Mindensi*; omnia ergo illius ecclesiae bona banni nostri autoritate firmamus, bannum scilicet episcopalem in ipsa ecclesia et in ecclesiis *Velderen*, *Hursten*, *Merboke*, *Sulbike*, *Meynhusen*, *Getenburg*, *parvum Bremen*, *Lerbike*, *Petisen*, *Tankerlessen*, sacrificium peregrinorum seu aliorum fidelium totum ad usus congregationis deputando, decimam in *Aleriulle*, dominium in *Mileberge*, *Haberhusen* cum omnibus suis appendiciis, antiqua etiam dotalis arce bona, curiam in *Velden*, bona in *Ochtersen* et in *Geldorpe* cum omnibus attinentiis, eodem jure, quo dux *Heinricus* ante possessa obtulit, *castrum in Buckeborg* cum capella et omnibus capelle attinentibus, que comes *Theodericus de Wirben* sancte Marie obtulit, decimam etiam novalem, que ipsi elaboraverunt infra episcopatus nostri terminos.

## 103. a. (126)

1218. Hoy. VI. 23.

Ao. 1218. Ind. sexta. *Conradus*, *Mind.* episc., c. 1., quod *Waltherus* prep. in usus sanctimonialium in *monasterio Neinthorpe* quatuor decimarum fructus comparavit, decima in *Wellege* a militibus *Rufo Ludolfo*, pincerna episcopi, et *Thiderico de Welekenburg*, decima in *hattelen* a militibus *Conrado de lutbeke et Meinfrido juniore*, ex certa uero scientia decimarum in . . . et in *Westenueelde* uenditores hic omittuntur. Acta coram *mindensibus* canonicis *Thiderico de huleuelde*, *Godefrido de ienhusen*.

## 103. b.

1220 — 1221. Or. G. III. 651. Hoy. VI. 5.

*Henricus*, *Dux Saxonie et Comes Palatinus Rheni*, n. f., quod *Reinardus*, *ministerialis noster de fornholt*, cum filia ipsius bona sua in *Rothdorpe* ecclesiae de *Nindorpe* ex nostro consensu contulit. T. *Henricus de Borch*

et fratres sui Manegoldus et Sigebodo. Gerardus de Dorin et frater eius Lupoldus et Manegoldus de Esdorpe et Alexander de Werdin et Daniel de Blidinsdorpe et Bruningus de Hien-schinge. Henricus de Ochtinhusin et Sigebardus frater suus.

104. a. (86. 79. 312.)

1220. Jan. Or. G. III. 614.

*Henricus, Dux Saxonie, Comes Palatinus Rheni*, ecclesie *Luccensi* duos mansos, apud *Vrilethe* et *Lothe* sitos, quos a nobis prefata ecclesia concambio unius domus, site in *Wattege*, obtinuit, proprietatis iure conferimus. Ne prenominate concambicionis forma cuiuspiam argucia possit suggillari, eam presenti cyrografo fecimus roborari. Act. 1220. mense Januario.

104. b. (86. 312.)

1220. Jan. Or. G. III. 614.

*Ratmarus*, Abbas in *Luka*, domum nostrum in *Wattege* domino *H. duci Saxonie, Renique Palatino*, concambii causa contulimus, e contra videlicet duos mansos in *Vriledhe* et in *Lodhe* ab eo possidentes.

105.

1221. Hoy. VI. 26.

*Conradus*, *Mind.* eccl. episc., n. e. v., quod dom. *hermannus de hokesowe* duas filias suas cum decima in *Vrededorpe*, fratre suo *johanne* collaudante, in *claustronendorpe* collocavit, ideoque *prep. W.* dicti cenobii, ut donatio prefate decime cum filiabus *hermanno* tollerabilior esset, medietatem decime trium uillarum, scilicet in *petessen* et in *duabus uillis*, que *ambe rocke* dicuntur, pro 42 mcs. comparavit atque, pro recompensatione decime cum filiabus date, *hermanno* contradidit. T. Godefridus scolasticus, *prep. h. de ouerenkirchen*, *prep. arnoldus de berkenhusen*, *reinoldus passer capl.*, *heinricus sac. de hille.*

Gerardus capl. de castro in reineberge. Lambertus de menede. Wluerus de libbeke. Conradus de mandesle, hartbertus fr. eius. Albertus suef, Lambertus dap., Adam scriptor, helenbertus de manen. Act. 1221.

106.

**1223.** Cal. VII. 22. A. 19. Sch. 529.

*Luccardis*, canonica in *herse*, dicta de *Weningessen* sc. v., quod frater meus *Henricus* de meo consensu bona sua, tam in *Rintene* quam in *Euerardistorpe*, nec non in *weningessen* preposito *Theoderico* et conuentui eiusdem ecclesie vendidit *ante pontem Rintene*, presente *libero comite Johanne de Stenburc*, ex altera vero parte presente *libero comite henrico lascorf (Lastorf)* apud *weningessen*. T. prioris actionis: Conradus de Hamelspringe. Ghodefridus Loine et frater suus, Henricus de Rottorpe milites. T. posterioris actionis: Henricus de Golttorne. Basilius de Eskerte, Wiszelus Westfalus. Theodericus de Sudhersen.

107.a.

**1223.** A. 20.

*Heinricus*, major in *Minda* prep., *Florentius*, *W. aduocatus*, ceterique fratres ipsius predium nostrum in *Hiddenhusen* dedimus ecclesie in *Ouerenkerken*; bona siquidem illa ecclesia 65 marcis comparauit a domino *Lutberto de Eisbere*, qui eadem bona jure feudali a nobis tenuit et coram *Conrado*, Mindensi tunc episcopo, nobis resignavit. In mallo *Comitis Adolphi* bona eadem eidem contulimus ecclesie, presente *libero Comite Johanne de Stenborch*, qui mallum pro *Comite Adolfo* tenuit et ciuili banno bona ecclesie confirmauit. Ad manum ecclesie susceperunt bona *Conradus de Hamelspringe* et frater eius *Amelungus*. T. Godefridus dec. Wilhelmus de Tiefholt. Act. 1223. Ind. XI. sub preposito *Hildebrando*, qui tunc temporis ecclesie predictae preerat.

107. b. (93. 98.)

**1223 — 1263.** Cal. V. 20.

*B. preposito, A. abbatisse*, totique conventui sanc-  
timonialium in lacu-sancte marie O. comes in tekenberg  
significamus, quod *Hellenbergem*, que nobis pertinuit,  
vna cum pueris suis, vxorem villici in *Vorenhagen*, ves-  
tre contulimus ecclesie.

108.

**1224.** A. 24. D. Bibl. 271.

*Conradus*, Mind. episc. contulimus ecclesie in *Bis-  
copigherode* mansum, in *Hoiensem* jacentem, siquidem  
illum comparavit a militibus, qui eum a nobis in feodo  
tenuerunt. T. Enghelbertus Saxo et eius filius Albertus. Thi-  
dericus de Uflen et Albertus Gogreuius. 1224.

109.

**1224.** A. 27. W. s. VI. 382.

*A. comes in Schowenburgh et S. uxor ejus n. e. v.*,  
quod dominus *Reinhardus de Vorenholte* decimam in *Ryn-  
theln*, quam a nobis tenet in feodo, de uoluntate nostra  
canonicis mai. eccl. in *Minda* titulo pignoris obligavit. Act.  
1224. T. sampson. Gozwin. Gerhart. Heinric. Herman. Euer-  
wyn de Veltheim. Frideric de Eckersten.

110.

**1225 — 1228.** Cal. I. 16.

*H., comes de limbere, n. f.*, quod *Conradus* quidam,  
*cogele* cognomine, mansum unum, in *Waltherighusen* situm,  
ecclesie sancte Marie in *berkenhusen* uendit pro tribus  
marcis et dimidia; filii sui, factum patris ratum habere  
nolentes, propter mansum istum machibantur mala aduer-  
sum ecclesiam prefatam; ecclesia uero iuuenibus illis, co-  
ram nobis conventis, dedit marcam et dimidiam, ut iuri

suo, si quid in manso uidebantur habere, renunciarent. Quod ipsi iuuenes facientes protestati sunt, quod, quantum possent, in bonis eisdem uellent ecclesiam promouere. T. W. sac. de neinthorpe. Reinholdus de heggelingb. heinricus de ebbighusen. hartmannus et lambertus fratres de emplethe. Jordan et heinricus de ekkere. arnoldus de ripen.

111. (86. 116. 248.)

**1226.** Or. G. III. 713. Cal. V. 24.

*H., Dux Saxonie Comes Palatinus Rheni*, bona quedam in *uilla Vrilethe* et in *uilla Bodintorp*, que ministerialis noster *Justacius de Slon* in feodo de nobis tenebat, *cenobio de Lacu sancte Marie* contulimus. Dat. apud *hartungberg*. 1226. Ind. octaua.

112.

**1229.** Cal. I. 15.

*heinricus dictus de lo* decimam de *uilla Hiddekestorpe*, quod minus dicitur, ecclesie *mindensi* resignauit, quam *cenobio de Beringehusen* assignauit; prefata decima 14 m. habet; dabuntur quatuor uicinis sacerdotibus de eadem decima duo solidi annuatim, quorum unus erit sac. de *Golturne*, secundus de *Homborstelde*, Tercius de *Linderdingehusen*, quartus de *Kerechthorpe*. Peto tam conuentum, quam prefatos sacerdotes, quod uxoris mee, *Berthe de Grove*, memoria in anniversario habeatur. Act. 1229. sigillo comitis *Adolfi de Scouenburch* sigillauit.

113.

**1229.** Cal. I. 15.

*C. Mind. episc. n. f.*, quod nobilis quidam, nomine *Heinricus de Lo*, decimam *minoris uille in Hiddekestorpe*, quam ipse de manu nostra tenebat in pheodo, *cenobio b. Marie in Bertzingehusen*, pro remedio anime sue, simulque uxoris sue domine *Berte*, contulit; prep. eiusdem *cenobii*

quatuor sacerdotes de vicinioribus ecclesiis, videlicet de *gollorne*, de *Leueste*, de *Landwerdingehusen*, de *Kerek-torpe*, ad diuinum officium conuocabit et eis singulis VI. denarios dabit.

## 114.

**1232.** W. 36. Inh. Anz.

*Conradus*, *Mind.* episc., de donatione decimae in *Hoigersen* ecclesie in *Ouerenkerken* facta.

## 115. a.

**1232.** W. s. VI. 437.

*Conradus*, comes de *Welepa*, de voluntate matris nostre et consensu *Gevehardi comitis de Werningerothe*, curatoris nostri, advocatiam in *Northem et Hemkeren*, quam (?) *Reinhardus* et frater suus *justacius de Vorenholte* infeodati erant, ab eisdem nobis resignatam, episcopo *mindensi* et ecclesie, de quibus ipsam in feodo tenuimus, omni jure resignavimus. T. Waltherus cellerarius, Johannes canonici. Johannes can. seti. johannis Ewangeliste. Geroldus sac. de *Holthorpe*. Theodericus de *Lon*. *Conradus* de *Mandelsle* et filius suus L. *Conradus* de *Wolthendorpe* dapifer. Thidericus de *Rethem*. *Bernhardus* de *Baldinge*. *Bodo* de *Gledinge*. *Segehardus* de *Dudenosen*. johannes de *Retdessen*.

## 115. b.

**1232.** Hamb. B. III. 179.

*C. de Wernigheroden*, *C.*, filius comitis *Bernardi de Welapa*, et mater ipsius sc. o., nos episcopo et ecclesie *Mindensi* resignasse advocatiam in *northen* et *hengere*, quam dominus *reinardus de worenholte* a nobis tenet.

115.c.

**1232.** Hamb. B. III. 180.

Dno. C., *mindensi* episcopo, C. comes de *Welepa* advocatiam in *northem* et *hemkeren*, nobis a domino *Justacio* et *reinhardo* de *vorenholtho* resignatam, transmittamus absolutam.

116. (111. 248.)

**1233.** A. 153. Cal. V. 30.

*Adolfus*, comes *Holtsatie*, mansum in *Bodendorpe*, quem pater noster conuentui dominarum de *Lacu sancte Marie* contulit, eidem etiam conferimus. T. *Heinricus* de *Barmestede*. *Godescalcus* prefectus *Holtsatie*. *Burchardus* de *Gertlene*. *Ekbertus* *Romele*. *Sifridus* notarius noster. Act. 1233.

117.

**1233.** Julii 26. W. s. VI. 388.

*Hermannus* de *Arnhem* cum filio meo *Ludolpho* fructus decime in *Horsten*, quos ab ecclesia *mindensi* tenemus, canonicis *kathedralis* ecclesie in *Minda* 40 marcis arg. impignoravimus; si eosdem fructus nos vendere contingat, eisdem canonicis, quantum ab aliis nomine venditionis habere poterimus, relinquemus; si vero redemptioni intendere voluerimus, pretaxatam pecuniam restituemus; ut hec firma permaneant, fide militari promisimus, et milites *Florentius* de *Monte*, *Hermannus* de *Hukesow*, *Gherardus saxo*, *Cesarius* de *Borchtorpp*, *Henricus* *Lothe*, *Conradus saxo* sub eadem sponsione in manus *johannis* de *Beldersen*, *Gherhardi* de *Bastorp*, *Alberti* de *Horst*, *Conradi* de *Uflen*, *Heinrici* de *Horscholte*, *Ghiselberti* de *Winningehusen* promiserunt, ut, si aliquod gravamen a nobis sustineant, *Mindensem* intrent civitatem, non recessuri, quin de dampno illato satisfaciant. Act. 1233. septima Kal. Augusti.



**1234.** Sp. 204.

*Conradus, Mind.* episc., n. s., quod abbas *Nicolaus de Insula* et tota congregatio Scti Mauricii decimam cuiusdam noualis, quod dicitur *Wenethage*, a possessore, qui ab aduocato eam in feudo tenebat, pro certa pecunia comparauere; possessor aduocato decimam resignauit et aduocatus dedit eam ad manus nostras; nos vero proprietatem dicto contulimus cenobio. T. Heinricus maior prep. Wilhelmus cantor. Widekindus aduocatus et frater suus Heinricus. Tidericus dapifer. Albartus Saxo. Helmbertus camerarius. Johannes sac. de silua. Act. 1234. Ind. octaua.

119.

**1235.** W. s. VI. 389.

*H., maior in Minda prep., G. dec.*, totumque eiusdem ecc. cap. cenobio in *Overenkerken* villicationem in *Worchere*, ad prebendam nostram spectantem, sub annua pensione perreximus, ita videlicet, quod 12 pullos, 4 porcos, qui dicuntur *Schultswin*, 8 solidos annone, tres siliginis, tres ordei, duos auene, 10 sol. mindensium den. et duo hospitia, unum estivali, aliud iemale tempore, obedientiario persoluat. Data 1235.

120. (124.)

**1235.** Apr. 20. A. 59.

*Adolfus, comes Holsacie*, omni iusticie aduocatie, si quam olim in ecclesia *Rintelen* habere videbatur, nunc ibidem monasterio ad honorem b. Jacobi apostoli renunciamus. Dat. *Segeberg* 1235. XII. Kal. Maji. Ind. VIII. per manum Ludolfi notarii nostri.

121.

**1236.** Cal. VII. 8.

*Otto, dux de Brunswic*, proprietatem, quam in quatuor mansis, in villa *Nenthorpe* sitis, habere dinoscebamur, contulimus cenobio *Weniggessen*. Act. *Szellis* 1236. presentibus *Henrico de Wenethen*. *Everhardo de Odem*. *Johanne de Reddesen*. *Winando aduocato*. *Nicolao capellano nostro*. *Henrico notario nostro*.

122. a.

**1236.** Cal. VI. 15.

*C., comes de limbere*, contulimus ad insulam sancte *Marie virginis* curiam in *haukesleue* et, nomine commutationis, a predicto monasterio recepimus duas decimas, unam in *norcele*, aliam *asbeke*, insuper 30 marcas, quas sorori nostre, *domine salome*, in partem dotis dedimus; et in hanc commutationem, factam procurante *Tiderico*, eiusdem loci preposito, mater nostra et fratres, *Iudolfus* videlicet et *hildeboldus*, consenserunt. T. clerici: *Tidericus* professus sac. *Menardus* schol. *hildeshemensis*. milites: *Tedewicus dap.* *Conradus dap.* *Hildebrandus aduocatus de honouere*. *Alexander de holle*. *Conradus et Jordanis de eckere*. *Geroldus de l. . . . eng.* *Jonatas de Holle*. Act. 1236.

122. b.

**1236 — 1242.** A. 100. Sch. 401.

*E., prep. in Ouerenkerken*, n. e. v., quod quidam habitantes in *Nouali* quodam, quod dicitur *Nortsele*, dominum suum, comitem *Conradum de limbere*, induxerunt, ut bona, que *Horst* vocantur, uille *Merbecke* prope jacentia, sua esse diceret et eis possidenda daret. Sed bona predicta, que ecclesia per 40 et amplius annos possederat, conuersus quidam de ecclesia, nomine *Richardus*, usque ad riuum, qui *Redeke* vocatur, comite coram *Willehelmo*, *Mindensi* episcopo, ab impetitione cessante,

optinuit. T. Theodericus miles. Euerhardus dapifer comitis. Wernherus capl. ipsius. homines Noualis ipsius.

123.

1237. Jan. 14. A. 60.

*Conradus et Bruno fratres de Scowenburch* aduocatum, quam dominus *Bruno miles de Frenken* de manu nostra tenuit super bonis *ecclesie herisiensis*, in *Eckersten* et in *Eylbrechtinchusen* sitis, *Brunone* nobis resignante, contulimus — ut inde plenam confraternitatem Sororum in *Rentelen* consequamur et ad petitionem comitis *Adolfi de Scowenburch* — Sanctimonialibus in *Rentelen*. T. Eckerhardus ipsius loci prep. Bertoldus de Brunesen. Bertoldus de Thesle. Johannes antiquus dap. et Hermannus de Vorten dap. Act. 1237. Ind. XII. Dat. in *Schowenburch* in octava Epiphanie.

124. (120. 156.)

1238. Jul. 14. A. 72.

*Adolfus*, comes in *Scowenborg* et in *Holsacia*, — anime fratris nostri *Conradi*, qui in ecclesia *Renthene* sepultus est, solatium prestare volentes — dictam ecclesiam in *Renthene* cum fundo, in usum cenobii, contulimus Christi famulabus Sanctimonialibus in eodem loco sub regula b. Benedicti Deo seruituris; septem m., in eodem loco sitos, et insuper duos alios mansos, quos a domino *Henrico de Welsethe* 18 marcis comparauimus, item duos m. in eodem territorio, quos a domino *Bernardo de Horberge* 20 marcis emimus, et preterea tres m. in *Stenborg* — quorum omnium proprietates ad nos spectabat — eisdem monialibus donauimus; ecclesiam et dotem in civitate *Renthene* cum suis appendiciis, uidelicet molendino, quod adiacet civitati, vado penes civitatem, quod vulgariter *Were* dicitur, item jus silve ad 16 mansos, quod teutonice *Egtwort* appellatur — bona, que dominio et iure proprietatis

possedimus, — eis adiecimus. Act. 1238. pridie Id. Julii coram testibus, clericis: Heinrico preposito eiusdem loci, Jacobo, Ethelhero, Lamberto de Stenborg, Helmico, Johanne; militibus: Domino Adolfo de Holte. Conrado de Hamelspringe. Gerardo, Lodowico, Rotchero et Conrado fratribus de Bardeleue. Frederico Post. Heinrico de Lo. Amelungo Stint. Nicolo de Withe. Heinrico de Welsethe. Johanne Omeke. Wernhero de Lothe. Reinhardo et Justacio de Vorenholte.

125.

**1239.** A. 87.

A., Comes de Scouenborg, omnibus oppidum intrantibus, quod *Rentene* nuncupatur, fungi iure et sententia, quibus *Lippenses* potiuntur, donamus. Acta 1239.

126. (103 a.)

**1239.** Mai 26. Tr. M. 8. Hoy. VI. 29.

*Wilhelmus*, episc. *Mind.*, n. e. v., quod *Lambertus*, prep. de *Nendorpe*, nomine ipsius ecclesie, et *Rembertus miles de Moninchusen* commutationem fecerunt de *Hattelen* et *Sullede* decimarum, ita videlicet, quod *Rembertus* decimam in *Sullede* resignavit in manus *Conradi*, comitis de *Wunnestorpe*, a quo ipsam in medietate tenebat; idem comes nobis ipsam resignavit, recipiens a nobis in feudo decm. in *hattelen* titulo permutacionis; nos vero proprietatem decime in *Sullede* contulimus ecclesie de *Nendorpe* pro proprietate decime in *hattelen* similiter titulo permutacionis. Dat. *Minde* 1239. VII. Kal. Junii. T. Tidericus prep. Giselbertus dec. Widekindus schol. Bodo prep. sti. Johannis. Bruno cantor. Hermannus comes de Euerstene. Conradus comes de Wilipa.

127.

**1241.** Sept. 11. Sp. 207.

*Conradus*, comes de *Wilipia*, n. u., quod cenobium ancillarum Christi in *Rentelen* comparavit a fratribus *Olrico*

et *Hermann*o de *Adenoys* bona in *Lo*, que dicti fratres a manu nostra jure feudali tenuerunt et nobis in campo, ubi dux erat, resignaverunt, nos vero, cum assensu matris, uxoris et heredum nostrorum, proprietatem promemoratorum bonorum contulimus virginibus in *Rentelen* Deo dicatis. T. *Johannes* prep. de lacu sancte Marie. *Johannes* plebanus de *Alethen*. *Wernherus* de *Lothen*. *Albertus* de *Luchtekanne*. *Tidericus* de *Rehem*. *Arnoldus* *Menburch* (de *Nienburch*). *Arnoldus* antiquus aduocatus noue ciuitatis. *Gerhardus* de *Blasne* et *Hartwicus*. Dat. in noua ciuitate. 1241. Ind. quarta decima, III. Id. Septembris.

128. (129.)

1242. A. 108. H. A. 1414.

*Conradus* de *Hamelspringe*, castellanus in *Schowenborg*, domino suo *W.*, *Mind. eccl. episcopo*, — cum decm. in *Oldendorp*, quam de manu vestra teneo, cenobio b. Virginis in *Ouerenkerken* vendiderim — eandem resigno, rogans, quatenus ius proprietatis prefate decime dicto cenobio conferatis; littera sigillo domini mei comitis in *Schowenborg* roborata. T. *Gerhardus* de *Bardenleue*. *Hardevicus* de *Negenborne*. *Hinricus* de *Rottorpe*. *Wernerus* de *Retheren* et ceteri castellani in *Schowenborgh*.

129.

1242. A. 109. H. A. 1414.

*Wilhelmus*, *Mind. episc.*, decm. in *Oldendorp*, quam *Conradus nobilis de Hamelspringe* et filius suus in manus nostras resignauerunt, cenobio S. Marie virg. in *Ouerenkerken* contulimus. Huic facto aderant *Johannes* prep. de *Thesholte* et *Rodolfus* suus fr. *Conradus* de *Wulbeke*. *Odelricus* fr. s.

130. (111.)

1242. Jan. 3. A. 109. Cal. V. 38.

*Bruno, Lubicensis et Hamburgensis ecclesiarum prepositus, Johannes et Gerardus fratres, Comites de Schowenburg, — cum prep. de lacu sancte Marie, ex parte sui conuentus, proponeret, uillicum nostrum in wri-  
lede 5 malcia siliginis, que eis annuatim loco decime, prout in litteris patris nostri ac fratris asserebat contineri, persoluere teneretur, pluribus annis subtraxisset (subtraxisse), — licet nobis de dicta pensione seu decima nil constaret, tamen statuimus, quod noster uillicus de nostra curia memorata sepedictis preposito et conuentui tria malcia, — secundum minorem mensuram mindensem, — siliginis tribuat annuatim, antequam nobis quicquam de nostra pensione persoluat. Acta sunt hec Schowenburg, in octaua b. Johannis apostoli, pres. Johanne de Ratmersoleue canonico in hunoldesburg, Henrico plebano in Aswlete, Magistro Gerberto; Castrensibus de Schowenburg: Cunrado de hamespringe, Amelungo Stint, Gerardo de Bardeleue, Herwico de Nigenborne, Wernero de Reden, Nicolao de Widen, Henrico de Welseden, Waltero de Oldendorp, hermanno wnche, cunrado de Romele, Euerardo de Lideren militibus; Helmoldo, Helberto, Arnolde Stint, Lodeuico post. Et ego Baldeuinus can. scti. Cumbertj in Colonia presentes litteras de mandato domini mei B. prepositi prenominati conscripsi. 1242.*

131.

1244 — 1252. A. 130. Sp. E. I. 169. Inh. Anz.

Bischof *Johann* von Minden bezeugt, dass *Bernhard*, Abt des Moritzklosters in Minden, ein Gut in *Weipke* von den Brüdern *Lambert* und *Wolther Lockebom* zurückgekauft hat und dass dasselbe von *Wolther* vor ihm, von *Lambert* aber vor *He. de Rottorpe, dapifer domicellorum*

de Schowenborch, in gymnasio Welsethe dem Abte überwiesen sei.

## 132.

1244. Febr. 4. A. 112. Mich. 47. W. s. VI. 414.

A. Mind. 234. Lun. 113.

Johannes, Mind. episc., n. u., quod discordia inter nos et Gerardum, Johannem comites (domicellos) de Scowenborg, castellanos et homines eorum in hunc modum est sopita: comites et eorum homines cum capitulo nostro, cenobiis, conuentibus, plebanis, ministerialibus et burgensibus mindensibus, qui proprietatem et jus in noualibus habent, quod in uulgari Echtthuer dicitur, in amicitia vel jure component; proprietatem ciuitatis, castri et noualium in indagine nobis dabunt in proprium et a nobis in feodo recipient; de omnibus ciuitatibus et castris dictorum comitum liberum erit nobis, per introitus et exitus earundem, nos contra aduersarios nostros defendere, solo *H. comite de Hoia* excepto; omnia noualia, que excolere potuerimus uersus orientem et occidentem partem fluyii \*), equaliter diuidemus et dicti comites dimidiam partem a nobis in feodo habebunt; insuper si indaginem uel noualia prope *Idenhusen* fecerimus, illam nos et ecclesia nostra solam habebit. T. Thidericus maior prep. Wernerus prep. seti. Martini. Bruno cantor. Thidericus et Bernardus nobiles de Lo. Thidericus de Ekesen, Thetthardus de Aspelcampe, Meinfridus de Barchusen, Hinricus de Dugerden, Hinricus de Horsholte, Rothgerus et Lotheuicus de Bardeleue, Mindenses; Conradus nobilis de Hamelspringe, Gerardus de Bardeleue, Hinricus de Rotthorpe, Thidericus de Heilbeke, Herebordus dap. de Wlmen, Hereuicus de Negenborne, Wernerus Thume, Johannes Rumescotele, Jordanus de Broke, Hinricus de Welsethe, milites in Scowenborg. Act. in *Pethesen* 1244. in crastino Blasii martiris.

\*) Der Weser.

133.

**1244.** Aug. 7. A. 115.

*Johannes et Gerhardus fratres de Scowenborg* — cum avus noster *comes Adolfus de Scowenborg* pie mem. domum quandam in *Lenthe* et insuper decem quorundam novialium in *indagine, que beate Katerine dicitur*, que sita est a *Scowenborch* versus *Ouerenkerken*, capelle S. Katerine in ecclesia majore *Mindense* contulerit pro reverentia sepulture patris ipsius et uxoris, quorum ibi corpora requiescunt, et hoc pater noster *comes Adolfus* ratificans approbavit — predictæ donationi prebemus assensum. Act. 1244. VII. Id. Augusti.

134. (48. 54.)

**1245.** Sp. 210. Wig. W. I. 148.

*Conradus, comes de Wilipa*, mater, uxor et heredes eiusdem, ecclesie b. Mauricii in *Insula Mindensi* advocatiam in *palude Dni. Mirabilis* cum omnibus suis terminis et pertinenciis, sicut ad nos per successionem hereditariam est deuoluta, pro summa 22 marcarum impignoravimus. T. Hermannus abbas de Lucka. Reinhardus prep. de Lacu sancte Marie. Meinhardus sac. de Holtorpe. Bernhardus de Lo. Justacius de Vorenohlte. Theodericus de Sudersen. Ludolfus de Holtorpe. Godefridus de Veltheim. Ekkehardus de Bordeslo. Sigchardus de Dudenhofen. Johannes de Donepe. Richardus de Pepinhusen. Milites. Act. 1245.

135.

**1245.** Cal. I. 19.

*Conradus dec.*, tot. cap. scti Martini *Mindense* septem marcis — quas, in usus ecclesie nostre convertentes, in decima *hibbende* collocauimus — bona in *Nendorpe*, ad prebendam nostram pertinencia, uendidimus ecclesie sancte Marie in *Berchingehusen*; *Johanni*, preposito cenobii



iam dicti in *Berchinghusen*, bona ipsa resignantes, tam proprietatem, quam possessionem in idem cenobium transulimus. Dat. 1245.

## 136.

**1245—1250.** Cal. VI. 24. Original beschädigt.

*Fre . . . Fredericus* prep. (Fredegundis abbatissa) claustrum in *Visbeke* nec non sancte moniales et conversi, ad instanciam domini *Engelberti de lent . . .*, contulimus ecclesie in *insula* proprietatem cuiusdam mansi in *Gerbernessen*.

## 137.

**1246.** W. s. VI. 418.

*C. prep., G. dec.,* tot. *Mindense* cap. sc. u., quod *Wulfardus miles de Werberge*, de consensu filii sui *Woltheri*, aduocatum in *Welpinghusen* contulit ecclesie nostre, in cuius recompensationem mansum unum, in *Evelste* in parochia *Geinhusen* situm, porreximus eisdem ita, quod annuatim quinque sol. ad prebendam nostram ministrabunt de eodem. Dat. 1246.

## 138. (122. a. 360.)

**1247.** Leibn. II. 184. Wers. 210.

*Ludolfus, comes dictus de Rothe*, recognoscimus episcopo et ecclesie *Mindensi* proprietates *indaginum*, videlicet *Lewenhagen* et *duorum heythorum*, quas sibi episc. libere retinebit, cum decimis ipsarum, nec non *indaginum Northzele* et *Smalenhagen*, (scilicet) etiam cum media parte absolute sibi episc. habebit. Praeterea *indagines Osterwolde, Oldenhagen, Grevene Luckeshagen, Ludersvelde* cum decimis et *Winbrugge* sine decima et mediam partem *Northzele* et *Smalenhagen*, quas pater noster *Hilteboldus* et *Conradus*, fratres, et frater noster

*Conradus, comites de Rothen*, de manu episcopi tenuerant, nobis in pheodo concessit. 1247.

## 139.

**1248 – 1258.** A. 169.

*Ludolfus, nobilis de Arnhem*, contulimus, ob reuerenciam b. virg. Marie in *Ouerenkerken*, proprietatem unius mansi, in *Geldorp* siti, ecclesie supradicte, quem mansum *Dolina Ermendrudis de Helbeke* et dominus *Heydemann*, conuersus ipsius loci, pro 7 marcis a *Hermanno dicto Pustere* comparauerunt. *Heydemannus*, cum filia in clauastro existens, de medietate mansi temporibus vite ipsorum percipient vsumfructum. T. *Conradus* prep. in *Ouerenkerken*. *Jordanus plebanus Indaginis*. *Woltherus* de *Zersne* miles. Acta ao. M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> . . . .

## 140. (25.)

**1248.** A. 133. Sp. 215. Inh. Anz.

*E. Propst, E. Priorissin* und Convent in *Obernkirchen* bezeugen, dass *Propst Heinrich* von *Obernkirchen* einen Zehnten in *Nienstede*, welchen seine Kirche nach einer Schenkung des *Edlen Mirabilis* lange Zeit besessen hatte, an *Tetfred*, Abt zu *St. Moritz*, gegen einen Zehnten zu *Eylenvelde* vertauscht habe.

## 141.

**1248.** A. 131. Sp. 213.

*E. prep. in Ouerenkerken, H. dictus de Rotorpe, dap. de Scowenborgh*, n. t. p. g. f. d., qualiter dominus *Bernardus* abbas et conventus eccl. *S. Mauritii in Insula Mindensi* bona in *Nienstede* et quedam bona in *hoenhorst* a *Waltero, Ludolfo* et *Gerhardo*, fratribus, et *Thetmaro*, prefate ecclesie ministerialibus, et *Gerhardo*, cognato ipsorum, *S. Petri* ministeriali, — ipsorum enim erat beneficium iure ministerialium — pro 20 marcis in usus sue ecclesie

redemerunt; predicti vero *W. L. et G. fratres et Alheidis*, mater eorum, et *Hildegurgis* et *Mectildis*, sorores eorum, et *T. et G., cognati eorum*, ipsa bona, sicut ipsi ea possederant secundum jus ministerialium, in manus domini *G. abbatis* et fratrum suorum resignaverunt, fidem dantes in manus nostras et domini *Gerardi Saxonis* et domini *Euerhardi de litheren*. Hanc literam ego *E. prep.* sigillo meo et ego *H. dap.* sigillo dominorum meorum de *Scowenborgh* fecimus roborari. T. Gerardus Saxo. Euerhardus de lithera. Johannes Rumeschotele milites. Tidericus de Wackeruelde et filii sui, ipsius eccl. ministeriales. Tidericus. hinricus. Gerardus. Johannes de Etwerdinchhusen. Gerardus de Elmeth. Tidericus hoppe. Rembertus et Conradus de Wenethagen, homines ipsius eccl. Act. *in palude domini Mirabilis*. 1248. Ind. sexta.

## 142.

**1248.** Nov. 5. A. 134. Inh. Anz.  
*König Wilhelm* von Teutschland nimmt die *Aebtissin Adelheid von Visbeck* und ihre Kirche in seinen Schutz. Dat. apud Aquis 1248. Nonis Nouembr. Ind. VI.

## 143.

**1250.** Apr. 3. West. 39. 220. Inh. Ang.  
*Wedekindus, aduocatus de Minda, Heinricus*, mind. can., fr. noster, *Heinricus* filius noster, urkunden über die durch *Margaretha*, Frau des *Eustaz von dem Schloen*, dem Abt des Moritzklosters, *Bernhard*, geschehene Auflassung des Zehntens in *Barchtorpe*. Dat. in Monte.

## 144.

**1253 — 1261.** A. 191. Sch. 116.  
*Wydekindo*, Mindensi Episcopo, *Joh. et Gerhardus*, fratres et comites *Holtsacie*, *Stormarie* et in *Scowenburg*, duximus insinuandum, quod supplicauit dominus

abbas et conuentus in *Lucca*, ut super contractu decime in *Hupethe*, quam de manu vestra tenemus, si eam a possidentibus eam et tenentibus a nobis possent comparare, dignaremur adhibere consensum; verum quia super tali negotio Ministerialium nostrorum de *Scowenburg* uti maturo consilio non poteramus, **in hoc** consensimus, ut dictam decimam a possessoribus eius et a vobis compararent ita, ut eam habeamus redimendi facultatem et eandem a vobis in feodo teneamus.

145.

1253. Febr. 11. A. 148.

*Johannes, comes de Scowenburg*, resignauimus jus aduocatie, si quid habuimus, in duobus mansis in *Lone domine A. abatisse de Visbeke*, ut, cum assensu sui conuentus, mansos, eorundem aduocatia carentes, filiis b. m. *domini arnoldi, uillici majoris*, jure porrigeret feudali, in recompensationem curie majoris, cui dicti filii renuntiauerunt omnino. T. dom. adolfus de Holte. Henricus dap. Wernerus thume. Wernerus de Redhere et Conradus frater suus. Waltherus puer. Hinricus de Welsedhe. Otto de suleuelde milites et castellani nostri. Dat. *Scowenburg*. 1253. crastino b. Scholastice virg.

146. (143.)

1253. Apr. 3. West. 40. Inh. Anz.

*Wedekindus, aduocatus de Minda*, de refutatione decimae in *Barectorpe* ex parte *Margarethae*, uxoris *Justacii de Slon*. Dat. in Monte nonis Aprilis Ind. VIII (XI) testibus Heinrico canonico fratre et Heinrico filio aduocati.

147. (138. 193. 452. 482. 492.)

1253. Juli 24. A. 150. W. s. VI. 430. A. Mind. 232.

*Albertus, Dux Saxonie, Angarie et Westfalie*: discordia, inter ecclesiam *Mindensem* et nos ex edificatione

castr*i Sassenhagen* ventilata, in hunc modum sopita est, quod ipsi eccl. contulimus castrum predictum et proprietatem omnium bonorum nostrorum in dioecesi *Mindensi* existentium. Episcopus vero nobis et liberis nostris, videlicet filiis et filiabus, in feodo contulit ipsa bona. Sed in *castro Sassenhagen* ecclesia duas curias obtinebit, unam in superiori et alteram in inferiori parte. Indagines autem *Luderscenvelde*, *Lewenhagen* et *Northsele* in omnibus prouentibus inter nos equaliter diuidemus. De noualibus autem in nemore, quod *Dvl* vulgariter dicitur, ad cultum adhuc redigendis, illis, quorum interest, equalibus expensis satisficiemus; quilibet etiam castellanus de noualibus ipsis adhuc ad cultum redigendis habebit libere duos mansos. Ecclesia etiam ibidem edificanda libere duos mansos habebit; jus patronatus ipsius eccl. et eccl. *Lewenhagen* ab episcopo *Mindensi* in feodo habebimus. Item episc. aut eccl. nullam in ipso castro turrim aut borchvrede edificabit. Promisimus, quod nullus alium ejiciat de castro predicto; quotquot fuerint castellani *Sassenhagen* ex parte nostra et ex parte eccl. *Mind.* totidem id ipsum promittent. Ceterum in *Stemwede*, *Haddenhusen* comitias et villam *Brodher* (*Bordher*) cum comitia eccl. contulimus memorate. Condiximus, quod nos et castellani de *Sassenhagen* in illis terminis ecclesie diete astabimus contra suos invasores et ecclesia nobis faciet e converso, marchionibus de *Brandebur*, duce de *Bruneschwik* et *johanne comite de Schowenborch* ex parte nostra, ecclesia quoque *Coloniensi*, *Osnabrugensi* et oppido *Hervordensi* ex parte eccl. *Mind.* exceptis. Dat. *Hiddesachere* 1253. in vigilia jacob*i*.

148.

1254. Juli 4. West. 40. 221. Inh. Anz.

*Margarethe*, die Frau des *Eustaz von dem Schloen*, lässt *Gerlag*, dem Abte des *Moritzklosters*, Güter in und

um *Jetenburg* auf, worüber *Widekindus*, *aduocatus de Minda*, in monte eine Urkunde aufstellt.

149. (89.a.)

**1255.** Febr. 17. P. V. 78.

*Wilhelmus*, *Rom. rex*, eccl. in *Visbek* promittimus, ut privilegia, quotquot ab imperatoribus et regibus romanis aut aliis principibus, a condita seculari ista ecclesia, data sunt, inviolabiliter observare velimus. Dat. *apud Spiram* 1255. XIII. Kal. Mart. Ind. XIII.

150. (148.)

**1255.** Apr. 23. Sp. 221.

*Conradus*, *comes de Welepa*, ad n. p. v., quod domina *Margaretha*, uxor domini *Justacii de Slon* militis, et ipse *Justacius* aduocatiam cuiusdam curie in *Geteneborch* cum tribus mansis, duabus areis, vna culta et alia inculta, et omnibus suis attinenciis, quam a nobis in feodo tenebant, nobis resignaverunt; nos uero ad petitionem *Justacii* predictam aduocatiam contulimus eccl. scilicet *Mauricii in Insula Mindensi*. T. *Widekindus* aduocatus de *Minda* et filius suus *heinricus* nobiles. *Wuluerus* de *Rethem*, *Volemarus* de *Stedem*, *Johannes Westvael*, *Ernestus* de *Lerbeke*, *Reinbertus* diabolus milites. *Fridericus* de *Venebeke*. Dat. in *Scalkeberg*. 1255. in die sancti *Georgii*.

151.a.

**1255.** Dec. 21. Cal. VII. 22.

*Theodericus* prep., tot. collegium dominarum in *Weningessen* *adolfo* et *Hermann*o fratribus de *Rinthenen* porreximus in pheodo tres m. in *Rottorpe*, super quo facto warandiam prestabimus sufficientem. Dat. in *Weningessen* 1255. XII. Kal. Januarii.

151.b.

**1256.** Febr. 6. West. 41. Inh. Ang.

*Wedekindus*, episc. Mind., de venditione feodi in curia *Sutherem*. VIII. Id. Februar.

152. (208.)

**1256.** Mai 15. A. 170.

*Widekindus*, Mind episc., abbatisse et conuentui sanctimonialium in *Visbeke*: importuna persuasione nobilis viri, *Johannis comitis de Scowenborg*, inducte decimam ville et agrorum de *Visbecke*, quam idem comes a nobis tenet in feodo, titulo pignoris recepit, certam ei mutantes pecunie summam; nos igitur indulgemus, ut fructus ipsius decime, non computandos in sortem, valeatis percipere vite (?) nostra. Dat. *Hille* 1256. Id. Maij.

153.

**1256.** Juni 29. West. 41. Inh. Ang.

*Widekindus*, Mind. episc., de donatione proprietatis medietatis decime in *Adenhusen*, collegio sanctimonialium in *Ouerenkerken* facta. T. *Widekindus* aduocatus et filius *Heinricus* de monte. Dat. *Minde* in festo S. S. Apostolorum *Petri et Pauli*.

154.

**1257.** Wed. N. I. 284. Inh. Ang.

*Herzog Albrecht I.* gibt das Eigenthum von Gütern in *Echtorf* und *Achen* dem Capitel St. Martini zu *Minden*.

155.

**1257.** Cal. I. 27.

*Thimmo*, *corbeiensis abbas*, cum *borchardus miles*, cognomento *grimpe*, clauastro in *bercingehusen* obtulit curiam vnam, in *hiddekestorpe* sitam, duos mansos habentem,

— quia talis donatio sine consensu nostro rata non esse potuit eo, quod ad nos spectaret proprietas, — rogatu domini *ottonis*, prefati claustris prepositi, supramemorata bona sepedicto claustris tradidimus. D. 1257.

156. (124. 158.)

1257. Jan. 31. A. 171.

*Johannes, Holtsacie, Stormarie et in Scowenborg comes*, beneficia, que pater noster, *Adolfus comes in Scowenborg*, prestitit ecclesie et conuentui Sanctimonialium in *Rentelen*, cujus ipse Fundator extitit, volumus obseruari; aream quoque, que adiacet eidem ecclesie, quam pater noster, *Adolfus comes*, a *C. milite de Bardeleue* comparavit et sepedicte ecclesie contulit, ut sit ei pro atrio sive coemiterio, sine ullo medio usque ad plancas sive murum possideant, ita tamen, ut vigiles, quibus circa claustrum nullus patulus transitus nunc patebit, per ipsam aream nocturno tempore transeant, quando *Rentelensem* circumeundo custodiunt civitatem. Dat. et act. *Scowenborg* coram *castellanis* et fidelibus nostris, nobilibus viris: A. de Holte. C. de Hamelspringe; militibus quoque et borgen-sibus: H. dicto Busche dapifero nostro, H. de Welsede. W. de Rethere. Ar. dicto Dume. Th. de Heylbecke. C. (G.) Loginc. Jo. de Broke. 1257. pridie Kal. Februarii.

157.

1257. Jul. 14. A. 173.

*Ludolfus nobilis de Arnem* et uxor nostra *Mechthildis* duas domos in *Bouenbeke*, quas *Heinricus dictus clericus* a manu nostra in pheodo tenebat, nobis ab ipso resignatas, eccl. b. virg. in *Ouerenkerken* contulimus in proprium. T. Dom. Gerlagus abbas de insula. Reinhardus sac. ejusdem loci. Hermannus Pustere. Lodowicus de Bardeleue. Heinricus de Bardeleue. Heinricus de Vorenholte. Richardus Gograuius milites. Dat. in *Arnem*. 1257. pridie Idus Julij.



158. (156. 124. 196. 258.)

**1257.** Dec. 11. A. 175.

*Joannes et Gerardus, comites Holtsacie et in Schwenborch*, omnia bona, que dilectus pater noster, *Frater Adolfus*, coenobio in *Rinthelen*, illud fundando, contulit — videlicet ecclesiam in *antiquo Rinthelen*, 7 m. in eodem loco sitos, insuper duos alios mansos, quos a domino *Henrico de Welsede* 18 marcis comparavit, item duos m. in eodem territorio, quos a domino *Bernhardo de Horberge* 20 marcis emit, et preterea tres m. in *Stenborg*, ecclesiam forensam et dotem in civitate *Rintelen* cum suis appendiciis, videlicet molendino et stagno, quod dicitur *Ze*, vado penes civitatem, quod vulgariter *Ware* dicitur, item jus sylve ad 16. m., quod teutonice *Egewort* nuncupatur — ad sustentationem Christi famularum, ibidem Deo servientium, contulimus pleno proprietatis jure. T. Hartwicus dap., Marquardus de Rennowe, Hartwicus de Revello, Henricus de Plesecwitz, Emeko de Santberge, Marquardus Bunghe, Erenfridus Kule milites. Eylardus sac., Johannes de Werdingehusen notarii nostri. Dat. in *Lubeke*. 1257. Tertio Idus Decembris.

159.a.

**1258.** A. 178. Sch. 314.

*Geroldus* prep., *L. priorissa*, totusque conventus in *Ouerenkerken* n. t. p. q. f. d., quod *Domina Friderundis*, relicta Domini *Thethardi de Aspelkampe*, ad petitionem filie sue *Gisle*, sororis nostre, bona in *Bouenbeke* pro novem marcis ecclesie nostre comparavit, pro remedio animarum *Tethardi*, mariti sui, et *Gertrudis*, filie sue, ad candelam in choro dominarum procurandam. T. Dom. Gerlagus abbas seti. Mauricii in Insula Mindensi. Rabodo miles et fr. s. Herwicus de Berchtorpe. Aschwinus conversus eccl. nostre.

159. b. (159.)

**1258.** März 16. L. B. 40 cfr. 48 L. R. 122.

*Hinricus, comes de Aldenborch, Elizabeth comitissa antiquum castrum in Vlotouwe, cui nomen inditum est Vallis Benedictionis, abbatisse Heylewigi et suis consorioribus contulimus possidendum, preterea mansum quendam in antiqua indagine, que dicitur Hukeshol, Holthusen in nemore, quod vocatur Dule etc. contulimus. T. Canonici Wildeshusenses, dec. Nicolaus Magnus, Joseph scol., Lodewicus, Ifridus pr. de Locken, Henricus prep. de Laden, Hinricus Budde. Laici: Johannes Gallicus, Johannes de Gandersem, Rotherus, Ludolphus iudex in ciuitate Vlotouwe, Thethardus officialis. 1258. XVII. Kal. Apr.*

160. (294.)

**1258.** W. s. VI. 407. A. 262.

*Godescalcus senior, comes de Pirremunt, de consensu filiorum nostrorum, G. et H., jus proprietatis, quod super tres m. habuimus in villa, que dicitur A. penes Scowenburg, eccl. Mindensi contulimus, ut cenobio in Weniggissen proprietatis in tribus mansis in Reddissen a predicta ecclesia conferatur.*

161.

**1258.** März 30. Cal. VII. 26.

*Wedekindus, mind. episc., n. f., nos privilegium G. comitis senioris de perremunt recepisse sub hac forma: — folgt vollständig Nr. 160. — Igitur proprietatem trium mansorum in Reddesen pro proprietate dictorum mansorum in A. collegio in Wennigesen in proprium assignauimus sub titulo permutacionis. T. Warmannus rector eccl. in Honouere. Iudolfus notarius seti. Martini can., Winandus plebanus de Sollece clerici. Bernardus nobilis de Lo. Hinricus de Bottlethe. Richardus wlpes. Egelbertus de lenten. Iothewi-*

cus de Endelingebostolde. Arnoldus aduocatus de hedesen.  
hinricus de herenbere. thidericus de Suthersen milites. Act.  
in honouere. 1258. III<sup>o</sup> Kal. aprilis.

## 162.

**1259.** A. 182.

*Ludolfus, nobilis de Arnem*, ratum habemus, quod  
*Arnoldus dictus de Gelethorpe* domum suam in *Gelethorpe*  
contulit monasterio in *Ouerenkerken*. D. 1259.

## 163.

**1259.** März 25. Sp. 230.

*Burchardus, comes in Welpia*, ratum habemus do-  
nationem trium solidorum leuis monete — quam auia  
nostra, *Cunegundis comitissa*, in remedium p. m. *Conradi*,  
patris nostri, *quondam comitis in Welpia*, contulit eccl.  
secti. *Mauricij in Insula* —, quos in recompensationem cu-  
iusdam advocatie in *Winethagen* habuimus ab ecclesia  
supradicta. Dat. 1259. VIII. Kl. Aprilis.

## 164.

**1259.** Sept. 20. A. 181.

*Johannes et Gerhardus, comites Holtsacie et de*  
*scowenborch*, — cum prep., abbatissa et conuentus sanc-  
timonialium in *Rintelen a Gerharo de Hemeringe* 4 m.  
in eadem uilla, quos idem a nobis in feodo tenuit, eme-  
rint, — omne jus nostrum in dictis mansis antedictis pre-  
posito, abatisse et conuentui contradidimus. Huius dona-  
tionis testes sunt: Dom. Hartwicus dap. noster. Georgius de  
Hewerdeshudhe. Volradus de Husberg. Arnoldus de Visbike  
milites. Act. et dat. in castro *Sulleberg*. 1259. duodecimo  
Kal. Octobris.

165. (122 b.)

**1260.** A. 182. Tr. M. 14.

*Albertus, Dux Saxonie*, omni juri nostro in bonis in *Horst* renuntiamus, ipsa bona, usque ad terminos *Redeken*, eccl. in *Ouerenkerken* assignando. T. *Heinricus* de *Ekgehardestorpe* aduocatus noster. *Reimbertus* *Monechusen* et filius suus *Giselerus*, *Marquardus* de *Broke*, *Conradus* de *Monechusen*, *Joannes* de *Bodeke*, *Tethwigus* de *Landesberge*, milites, *castellani* in *Sassenhagen*. D. 1260.

166. (52.)

**1260.** A. 182. Tr. M. 14. Hoy. VII. 30.

*Albertus, dux Saxonie, Angarie et Westfalie*, cum aliquid iuris nos habere putaremus atque non haberemus in bonis *Holtsulethe* et *Northsulethe* et ob hoc collegium b. *Viti* martiris in *Scinna* super talium honorum possessione indebite molestaremus, renunciauimus absolute. Insuper trium agrorum proprietatem, quos *Bertramus de Holtsulethe* predictae eccl. assignauit, eidem contulimus, sub districti iudicis comminatione statuentes, ne quisquam dicti monasterii collegium in *Scinna* super eorundem bonorum possessione inquietare presumat. T. *Heinricus aduocatus noster* in *Sassenhagen*, *ceterique castellani*, *Reimbertus* de *Monichusen* atque filius eius *Giselerus*, *Conradus* de *Monichusen*, *Marquardus* de *Broke* et *thidericus* frater suus de *Renowe*, *Olricus* de *Landesberge*, *Thidericus* de *Hereberge* milites; *Jacobus* de *Huddestorpe*, *Arnoldus* *lupus* de *landesberge*.

167. a.

**1260.** Apr. 16. W. s. XI. 10.

*Wedekindus*, *Mind.* episc., — cum curie nostre in *Vysbeke*, *Johanni Westfalo* et genero suo *Arnoldo Thumen*, militibus, pro 100 marcis ad certum terminum titulo pignoris obligate, a nobis redimi non possent et dictis

militibus, quia certo tempore non redimerentur, perpetuo deberent infeodari, — dictas curias capitulo nostro pro 100 marcis vendidimus taliter, ut, dum nobis vel nostris successoribus placeat, pro 100 marcis prenomatas curias possimus recuperare. Dat. *Minde* 1260. sexta decima Kalend. Maji.

167. b. (176. a.)

1260. Mai 13. A. 184.

*Johannes et Gerhardus, comites holtzacie et de Scowenborch, Gerlago abbati et conuentui de Insula, apud civitatem Mindensem* sita, 3 m., in *merschlachem* situs, quos a duce de *Brunszwigh* in pheodo tenuimus et *Gotfridus dictus loginck* a nobis tenebat, cum omni jure nostro contulimus, ratum habentes, si proprietatem patronatus a domino nostro duce poterunt obtinere; dictos vero m. duci de *brunswigh* resignamus. T. Ludolphus comes de *Wunnestorpe*, Ludolphus comes de *Daszle*, dom. Thidericus abbas *Stadensis*, Eilardus plebanus in *Renlaghe*, Ludowicus dictus *post*, Hugo fr. eius, Wuluerus de *Rethe*, Arnoldus de *Visbeke*, Arnoldus de *Tzerszen*. Dat. *Stadis* 1260. in festo sancte *Trinitatis*.

168.

1261. A. 190.

*Ludolfus, nobilis de Arnem*, mansum unum in *Gelethorpe*, quam *Margareta* de manu nostra tenebat in feodo, Domino *Geroldo* preposito et ecclesie *Ouerenkerken* pro quinque marcis et dimidia vendidimus, insuper contulimus in proprium. T. *Lodewicus Post dap. de Scoenborch*, *Heinricus de Rotthorpe*, *Heinricus de Bardeleue* milites. *Waltherus de Szersne*, *Heinricus Marscal*. Act. in *Ouerenkerken* 1261.

## 169.

**1261.** West. 44. Inh. Ang.

*W. aduocatus de Monte* protestatur, *Justacium de Slon* militem, una cum *Margareta* uxore, eccl. in *Ouerenkerken* resignauisse *Henricum*, commorantem in *Szulbeke*. T. Ludolfus comes de Rodhen, socer *Widekindi*. Dat. *in monte*.

## 170.

**1261.** A. 187. H. A. 1432.

*Ludouicus, dap. in Schowenborch, dictus post, Joannes dictus de Reinstorpe*, proconsul ceterique consules *indaginis* protestamur, nos audiuisse et uidisse, *Bartramum dictum Crentelere*, dominam *Mechthildim*, uxorem ipsius, ac omnes heredes eorundem mansum unum, in *Rederen* situm, quem claustrum *Ouerenkerken* titulo emptionis pro quatuor talentis mind monete comparauit ab eisdem, ad manus domini *Jordani*, plebani nostri, et fratris *Thetmari* resignasse. *Wernerus et Rotbertus fratres de Negenborne* pro heredibus sponponderunt, quod nullam impetitionem contra claustrum faciant. T. Dom. Hugo et Dom. Ludouicus dap. fratres dicti Post., dom. Joannes Knigge milites. *Ecbertus de Selon*, *Rodolphus* et *Thidericus de Honeuelde*, *Borchardus Grimpe*, *Woltherus de Zersene*. Act. 1261.

## 171.

**1261.** Nov. 30. A. 188. Auszug.

*Ludolfus, nobilis de Arnhem*, homines nostros, videlicet *Johannem Eckgen*, *Brunonem de Geteneburg*, . . . *Henricum de Helpersen*, . . . *Hadewigim* ut putativam virginem . . . , in parochia *Merbeke* . . . *Megenwardum*, . . . in parochia uero *Meynhusen* . . . *Rabodonem* . . . b. Marie virgini in *Ouerenkerken* pignoris titulo obligamus in hunc modum, quod b. virgini nec non ejusdem in *Ouerenkerken* ecclesie seruiant. T. Dom. Hugo Post, dom.

Gerhardus de Lutteren, dom. Johannes de Blydingehusen milites. Techardus Lode, Henricus de Herberge, Euerhart de Zersne, Rodulfus et Thydericus fratres de Honuelde, Bruno de Ouerenkerken. Dat in Indagine comitum Jo. et G. de Scowenborg. 1261 in festo b. Andree Apostoli.

172. (147. 179.)

**1263.** Aug. 1. W. s. XI. 31.

Johannes, dux Saxonie, Angarie et Westfalie, et Albertus, frater eius, omnem compositionis formam inter dominum. W., quondam episcopum Mindensem, ac patrem nostrum factam super discordia, que ex edificatione castris Sassenhagen vertebatur, perpetuo firmam habere volumus. Dat. Louenburg 1263. Kalendis Augusti.

173.

**1264.** Juni 13. Sp. 380.

Cono, Mind. episc. n. e. v., quod Joachim holtgravius in Vrilethe, judicio, quod dicitur Holtinck, indicto et presentibus eis, qui dicuntur Eruexen, quoddam jus in Marchia ville Vrilethe, quod dicitur Echtwert, quod Dom. Richardus Gograuius dictus parvus et sui heredes in manus Holtgravius resignarunt, cum ad quandam domum ipsorum, sitam in villa Pepingehusen, pertineret, inhabitatam per quandam Reinburgin hortulanam, demptum eidem domui, transtulit ad curiam Schapeuelde, consensum adhibentibus domino Richardo vulpe, Richardo et Jordano filiis suis, Reinhardo de Witersen, Hermanno dicto Ghirhosen, qui cum eis, qui dicuntur Eruexen, affuerunt. Resignationem et translationem dec. scti. Martini Mind. et custos Arnoldus simplex, Nicolaus, Gerhardus, Echehardus et Vuluerus canonici ex parte sue eccl. receperunt, qui, ut moris est, dederunt sex vrnas cerevisie presentibus ad bibendum T. Conradus de Bardelene et Hermannus de Haddenhusen milites. Burgenses vero Mindenses: Ber-

toldus gloghe, Albertus de Reme, Wicelius de rabbere, Thehardus fr. s., Godefridus de Oldenthorpe. Presentem litteram sigillo nostro vna cum sigillo nobilis viri *Aduocati de Monte*, de cuius conscientia facta sunt, duximus munendam. Dat. et act. *Minde* 1264. Idus Junii.

## 174. a.

**1265.** Juni 28. A. 213. Original beschädigt.

. . . comes *holtsatie, stormarie et scowenborg* contulimus proprietatem unius mansi in *hegere* conuentui sanctionialium in *rintelen*, quem idem conuentus comparauit a *conrado dicto de hegere*. Act. *scowenborg* vigilia apostolorum petri et pauli 1264. T. dom. h. rotthorpe. h. busce, . . . igius et frater . . . loigus, h. de holthe milites.

## 174. b.

**1265.** Sch. 90.

*Bernhardus miles, nobilis dictus de Lo*, conuentui in *Wenigessen* de bonis in *Erstorpe*, scilicet de duobus mansibus, warandiam facere uolumus. Cum igitur diem placiti propter diuersa negocia, que nos impediunt, seruare non possumus, ipsis nostram litteram sig. nostro stabilitam dedimus in munimen. Dat. in *Sassenhagen*. 1265.

## 175. (212.)

**1265.** W. s. XI. 33.

*Heynricus, thesaurarius* maj. eccl. *Mind.*, — a *Johanne dicto de Wochusen* accepta resignatione cuiusdam mansi, ad luminaria eccl. nostre pertinentis, qui situs est in *Angaria prope Rynthelen*, — porreximus eundem m. *Bertramo de Hagen et Mechtildi*, uxori ejus, et suis heredibus sub hoc pacto, ut singulis annis dent ad luminaria eccl. nostre 4 sol., nulla nobis reservata potestate ipsa bona ipsis auferendi, quamdiu dederint eccl. nostre sol. pretaxatos. T. Dom. Abbas de Insula. *Heinricus* prep. de



monte sancte Gertrudis, Rudolphus cantor, Widego prep. sc̄i. Martini, Johannes de Bucka, Bruno de Spenthove, jordanus de Kalenthorpe, Arnoldus de Schynne, Gerhardus de Molen canonici Mindenses. Ludolphus de Elmethe, Bruno de Ouerenkerken, Andreas de Bermessen. Dat. 1265.

## 176. a. (167. b.)

**1265.** Mai 13. Erh. Z. IX. 72. A. 185.

*Albertus et Johannes fratres, duces de Brunzswigh*, dedimus proprietatam trium mansorum, qui siti sunt in *marschlachem*, domino *Gerlago* abbati et conventui monasterii sc̄i. Mauricij in *Insula apud Minden*, recipientes in restaurum tres alios m., quorum duo siti sunt in *Redessen*, tercius in villa *Velzede*. Ipsos m., datos a nobis eccl., tenuerant a nobis domini comites *holtzacie* et de *Scowenberch*, vasalli nostri, quos ab ipsis recepimus resignatos; verum quidam *miles Godefridus, nomine loginck*, mansos antea resignaverat *Johanni et Gerharo, comitibus de Scowenborgh*. T. Comes hinricus de Sterneberg. Comes ludolfus de Wunestorpe. Iuthardus de meyerhen (Meinersen). Heinricus de homborch. prep. Heinricus de sancto Blasio in Brunzswigh. Geuehardus de Bortuelde. Jordanus not. noster. Richardus Vulpes. Johannes Westfalus. Ippoldus et Hartbertus de mandelslo. Dat. *hanouere*. 1265. In die b. Seruacij.

## 176. b.

**1265.** Juli 16. A. 214. H. Urk. I. 559.

*Gerhardus, comes Holtsacie et Scowenborgh*, — de consensu gloris nostre domine *Elizabeth*, relicte fratris nostri, *comitis Johannis*, ejusque filiorum, *Adolfi, Johannis et Alberti*, fratruelium nostrorum, nec non de conscientia filiorum nostrorum, *Johannis et Gherardi*, — decernimus, quod *Johannes, can. Hamb., dictus de Wendinghusen*, capl. noster, ac omnes, qui eidem in prebenda, quam pater noster, *frater Adolfus, olim comes Holtsacie*,

b. r., et predictus frater noster et nos in *ecclesia Hamb.* creauimus, succedent, omni libertate perfruantur. Presentes litteras sigillo gloris nostre vna cum nostro procurauimus communiri. Act. et dat. *apud Etzeho.* 1265. in crastino divisionis apostolorum.

## 177.

**1267.** Juni 26. A. 219.

*Gerhardus, comes Holtsacie*, conuentui de *Visbeke* bona, que dom. *Gotfridus dictus Loging* ipsi conuentui dedit, mansum videlicet et dimidium in villa *sedorp*, cum omni iure proprietatis seu quocunque iure ad nos pertinent, conferre volumus, dum *castrum Scowenborg* cum terra et districtu adjacente in nostram receperimus potestatem. T. *Ludwicus dictus Post*, *Arnoldus de visbeke* milites. Act. et dat. *Ezeho* 1267.

## 178.

**1268.** A. 224.

*L. nobilis de Arnhem*, cum consensu filiorum nostrorum, videlicet *Conradi et Ludolfi*, curiam nostram, in *Widdessen* sitam, et *Veroldum uillicum* et uxorem ipsius et pueros ipsorum ecclesie in *Ouerenkerken* pro 20 et una marca br. arg. vendidimus. T. *Rodolfus de Blasne*, *Ludolfus monetarius*, canonici *Sti. Martini Mind.*; *Cesarius de Berechtorpe*, *Johannes de Ekessen*, *Florentius de Dungerden*, *Thidericus de Ullen*, *Herewicus de Lohde*, *Rabodo de Ofleten* milites; *Arnoldus de Steinwede*, *Conradus Glode* famuli; *Wernherus de ualua*, *Riemarus in campo*, *Gerhardus institor*, *burgenses Mind. civitatis.* Dat. *Minde* 1268.

## 179. (172.)

**1268.** März 2. A. 222. W. s. XI. 43.

*Johannes et Albertus, duces Saxonie, Angarie et Westfalie*, de matris nostre *Domine Elene ducisse* con-

silio, compositionem inter b. m. *Albertum*, patrem nostrum, quondam *Saxonie ducem*, et *Widkindum*, *Mindensem episcopum*, super edificatione *castris Sassenhagen* firmam conservare volentes, robur ei damus. T. *Haribertus advocatus noster in Sassenhagen*. *Conradus de Kotene*. *Bartholomeus pincerna*. Anno de *Sidowe*. *Bertramus marscalcus noster*. *Helembertus Camerarius in Minda milites*. Dat. et act. *Louenburg*. 1268. VI. Nonas *Marcii*.

180. (138. 147. 190)

1269. Aug. 2. W. s. XI. 49.

*Frater Otto*, (sc. *Mind. Eccl. Episc.*), de consensu capituli nostri, pro 200 marcis br. arg. *fratribus dictis Gersne* \*) ac eorum heredibus, *justacio de Monichusen* et suis heredibus nec non et *Gyselero militi fratri suo*, bona in *Lewenhagen*, *Nortsele*, *Vorenhagen*, *Havechorst* cum omnibus juribus, sicut tenet ecclesia, loco et nomine pignoris obligavimus. D. 1269. non. August.

181. a. (227.)

1270. Apr. 8. W. s. XI. 68. Sp. 234. B. c. d. 555.

Hec est forma compositionis inter episcopum et ecclesiam *Mindensem* ex parte una et *Burchardum comitem de Welpa* ex altera: Comes *Nouum Castrum Mindensi Eccl.* restituet. Episcopus *Johannem de Ryntheln* prebende sue in *Hamelon* restituet etc. T. *Gherardus dec.*, *Ludolfus cantor*, *Wydigo et Conradus prepositi*, *Johannes de Bucka*, magister *Arnoldus de Schinna canonici Mindenses*. *Ludolfus comes de Wunestorpe*, *Harbertus de Maneslo et filius suus Hartbertus*. *Hermannus Poppo*. *Godefridus Tishus advocatus*. *Hildemarus*. *Bruninc de Alte et Johannes camerarius milites*. Act. *apud Sassenhagen* 1270. sexto Id. *Aprilis*.

\*) *Cersne*?

## 181. b.

**1270.** Mai 13. A. 225. Sch. 24.

*Hildemarus, aduocatus in Scowenburg, Arnoldus miles dictus de Visbeke, proconsul Indaginis, ceterique consules eiusdem opidi: cum super impetitione, qua Ludolfus famulus dictus de Swicbere claustrum in Lodhe molestauit, nobilis homo frater Otto ex parte una, Ludolfus vero ex parte altera coram nobis in Indagine comparerent, a nobis et ab aliis viris discretis, scilicet Arnolfo de Visbeke, Wolthero de Zersne et Jordano plebano, qui aderant, fuit taliter ordinatum, quod frater Otto ex parte claustrum Ludolfo dedit 15 marcas br. arg., ut ex tunc omnis actio de dictis bonis in Lodhe sopiretur. Act. 1270. in die Seruatii.*

## 182. a.

**1271.** S. Mos. 671.

*Henricus, nobilis de Hodenhagene, — cum prep. et conuentus monasterii sancte Marie virg. in Ouerenkerken decm. curie in Haberhusen a Wernero milite de Negenborne emptionis titulo comparassent, — proprietatem decime eidem monasterio contulimus. T. Luderus plebanus de Gilten. Ekehardus de Gilten. Bodo de Blankena. Frater Thetmarus. Dat. in Hodenhagene. 1271.*

## 182. b.

**1272.** Sp. 238. Inh. Anz.

*Graf Burchard von Welepa überlässt dem Abt Gerlag und dem Kloster S. Moritz bei Minden die Vogtei einer Hufe apud civitatem Rintelen, welche sein Lehmann, Heinrich von Vornholte, aufgelassen hatte. 1272.*

## 183.

**1272.** Aug. 17. A. 229. M. Scr. I. 539. Pf. I. 761.

*Gerhardus et Johannes, comites Holzatie, cum consensu heredum nostrorum, scilicet Ludgardis Ducisse*

de Luneburg, Elisabeth Comitisse de Welpia, Gerhardi, Adolphi, Henrici, Alberti, filiorum nostrorum, et de consensu heredum fratris nostri, Joannis p. m., videlicet Heilewigis, uxoris Domini Ottonis Marchionis, Agnete, uxoris Domini de Rostock, Adolphi et Alberti, et aliarum filiarum nostrarum, Heilewigis et Mechtildis, omnia bona, que Herboldus de Herboldessen a nobis in pignore tenuit, id est Wedeschacht obligata, scilicet 16 mansos in uilla Geinhusen, abbati et conuentui noualis S. Marie vendidimus. Presentem paginam sigill. Joannis Ducis de Brunswick, Burchardi Comitis de Welpia, Ludolphi Comitis de Wunstorp et nostr. fecimus communiri. T. Henricus dec. S. Joannis in Hildesheim. Lupus. Ludewicus Post. Henricus Post. Henricus de Eck. Hartwicus Stormarius et frater suus Marquardus. Hartwicus de Retere prefectus. Harbertus de Mandeloe. tres fratres milites Poppone nomine. Bartoldus de Bevelte. Wernerus de Negenborn milites. Dat. in oppido nostro Itzeho 1272. in quarta feria infra octavam B. virg. videlicet assumptionis.

## 184.

**1272.** Aug. 29. A. 232. M. Ser. I. 539.

Joannes, comes Holtzacie, ad hoc nos obligamus, quod frater meus Adolphus venditionem 16 mansorum in villa Geinhusen ratam tenere debet. Dat. in civitate nostra Kyl 1272. in die decollationis S. Joannis Baptiste.

## 185.

**1273.** März 4 A. 233. M. Ser. I. 540.

Adolphus, comes Holtzacie, uenditionem, a patruo nostro, G. comite, et a fratre nostro Jo. factam, scilicet 16 mansorum in uilla Gegenhusen sitorum, ratam tenemus, quos ecclesia Noualis Sancte Marie in Betsingerodhe comparauit. Dat. in sabbato ante Reminiscere 1273.

186. (157.)

**1273.** Aug. 16. W. s. XI. 61.

Episcopo, capitulo et ministerialibus ac universitati civitatis *Mindensis* *Johannes Dux de Brunswick* protestamur, quod nos in *castro Arnhem*, quod advocatus noster, *Hildemarus de Obergen*, dicitur construxisse, nichil juris vel proprietatis habemus. Dat. *Brunswick* 1273. in crastino assumptionis b. virg.

187. (183.)

**1273.** Sept. 9. A. 238, M. Scr. I. 539.

*Joannes, Dux de Brunswick*, sigillum nostrum ad litteras *Comitis Gerhardi Holtsatie*, nostri generi, ecclesie in *Betzingerothe* (sc. datas) licet inuite duximus appendendum, nunc autem, socii (soceri) *Burchardi comitis de Welepa* precibus annuentes, concedimus, esse gratum atque ratum, quicquid de bonis in *Geyenhusen* per *Comitem Gerhardum* cum ecclesia in *Betzingerodhe* existit ordinatum. Dat. *Brunswick* 1273. crastino die nativitatis b. virg. *Marie*.

188.

**1273.** Dec. 6. W. s. XI. 61.

*Ludolfus, comes de Rodhen*, in recompensam advocatie quinque mansorum, in *Coldene velde* sitorum, quorum proprietatem Abbas et conuentus in *Luka* tenet de ecclesia *Wnstorpe*, damus tres m., sitos in *Dhoteberch*, *Otoni Mindensi episcopo*, et ipsius eccl. resignamus; pro reliquis duobus duos m. in *Adhenhusen* prefato domino nostro et ipsius eccl. demonstravimus. Dat. *Wnstorpe* 1273. in die *Nicolai*.

189.

**1274.** M. Scr. I. 540.

*Gerhardus, comes Holsatie* et in *Schawenburg*, coram *Otone, Mindensi episcopo*, bona in *Geinhusen* resig-

namus, que ab ipso tenemus. 1274. T. Otto Mind. ecc. prep. Conradus, prep. S. Joannis ejusdem civitatis, dictus de Wardenberge. Arnoldus custos dictus de Schinna. Wedego prep. Sti. Martini. Ludolphus de Wünstorpe, Burchardus de Welepa comites.

190. (180. 187. 260.)

**1274.** Jan. 20. W. s. XI. 66.

*Hildemarus, advocatus Honovere*, recognosco, quod bona mind. eccl. in *Lewenhagen, Norsele, Vorenhagen et Havechorst* mihi tantummodo sunt titulo pignoris obligata; promisi, una cum *comite de Welepa Burchardo, Conrado nobili de Arnhem et domino Henrico de Homborch*, quod, restituta pecunia 215 marcarum, ipsa bona ad mindensem ecclesiam revertentur. Promissionem nostram tam *Otto episc.* quam mindenses canonici receperunt. Dat. *Minde* 1274. XIII. Kal. Febr.

191 fehlt.

192. (77. 238.)

**1274.** Juni 17. West. 52. Inh. Ang.

*Thidericus*, abbas monasterii Petri et Pauli in *Paderborn*, de compositione litis inter se ipsum et *Ludolphum de Hamme* ratione villicationis *Widhen*. Act. et dat. in castro *Scoenburg*. XV Kal. Julii cum sig. Henrici advocati de *Scalkeberg*.

193. (147. 172. 217. 259.)

**1274.** Oct. 31. A. 242. Tr. M. 15.

*Johannes, Saxonie, Angarie, Westfalie Dux Burggraviusque Magdeburg.* recognoscimus, quod inter *Ottonem, Hildens.* episcopum, carum auunculum, et nos, mediante nobili uiro, *comite de Wernigerod*, hoc modo placitatum existit: nos et frater noster dabimus 300 marcas examinati arg. in pondere *Goslariensi* eidem auunculo nostro

pro expensis circa *castrum Sassenhagen* per eum factis. Verum si contigerit, quod auunculum de memorata pecunia neque pagaremus, neque certum alias redderemus, ipse *castrum Sassenhagen* pro dicta pecunia obliget. T. Volquinus major prep. Hildesh. Cono prep. in Alsborch. Comes Ludolphus de Woldenberch. Ludolfus de Cramme. Johannes camerarius. Ludewicus de Egelinborstel. Conradus de Broke. Giselerus de Monechusen. Johannes de Gacersleue. Tidericus de Warmeschopp. Everardus Kroch. Hermannus de Gimmere. Tidericus de Hokeln milites. Act. apud *Greingeswege* in uigilia omnium sanctorum.

194.

1275. Dec. 13. P. M. 6.

*Henricus prep., Mechtildis Abbatissa* et conuentus sacrarum monialium in *Rintelen*, *Conrado de Eckersten* et universis Pagensibus *Rinteln* recognoscimus, quod de bonis in *Dankerlessen*, quae a *Domino Th. Loging* emimus, sacerd. expensis nostris ad altare b. Mariae in pagensi ecclesia missam diebus singulis cantabit. Dono enim Dnus *Conradus* et Pagenses nostri *Rinthelen* ad emtionem bonorum praenotatorum 20 marcas addiderunt. Dat. et act. 1275. In die *Luciae virg.*

195.

1277. West. 53. Inh. Ang.

Prep. ac. cap. ecc. *Mind.* de curia in *Eylezhusen* pro 30 marcis eccl. in *Overenkerken* vendita. Dat. in *Mynda*.

196. (158. 205. 213.)

1277. Jan. 13. A. 251. D. bibl. 269. Poss. m. litt. G.

*Gerhardus, comes Holtsatie, Stormarie et in Schowenburg*, — sicut pater noster p. m. in translatione coenobii *de antiquo Rintelen in civitatem*, quae de ipsius mandato et promotione facta fuit, dominas ibidem seruiantes ab



omni ciuili jure, tam in custodia pecorum suorum, quam in vigiliis, fecit liberas et immunes, — in ipsa libertate volumus ipsas permanere. Acta sunt hec anno 1277. Datum in *nova Civitate* in octava Epiphanie.

197.

1277. Sept. 14 F. tr. 749. M. S. 16.

Scabini et consules *veteris et noui oppidorum Hervorden* rec., quod abbatissa *Alheidis* et conv. eccl. *Visbecensis* nobis mansum vnum in *Selinctorpe* sub annuo censu locauerunt, ab eis perpetuo possidendum ita, quod singulis annis dabimus eis vnam marcā den. hervord. monete. Dat. *Hervordie* pres. domno Engelhardo plebano in *Wulen*, Arnolde et Hermanno hebdomedariis *Hervordensibus*, Senegardo capalano domne abbatisse *hervordensis*, Godofrido plebano noui oppidi. Johanne de Hagen. Rothero de *Quernheim*. Henrico de *inferno*. Johanne de *Radewig*. Friderico de *Lengern*. Arnolde de *Londen* et Friderico de *Rivo*. D. 1277. XVIII. Kal. Octob. in exaltatione sancte crucis.

198. (111. 248.)

1278. Oct. 27. W. s. XI. 88.

*Ludolfus*, comes de *Rodhen*, contulimus claustro in *Lodhen* quicquid juris habemus in domo, in quadam villa *Bodendorpe* sita, quam *Thidericus dictus de Usten* miles a nobis tenebat. 1278 in vigilia Apostolorum *Symonis et Jude*.

199.

1279. Aug. 17. A. 256.

*Tidericus et Lodewicus fratres de Bardeleue*, sine uxoribus et liberis existentes, de cons. omnium fratrum nostrorum, videlicet *Heinrici* prepositi in *Rintelen* et *Conradi*, clericorum, *Gerhardi* et *Ludingeri*, militum, et *Johannis*, curiam cum domo et tribus mansis, sitis in *Hor-*

*sten* in parochia *Nendorpe* *Mind.* dioecesis, — quorum duos a nobili viro *Gerhardo, comite Holsatie et Schowenborg* et unum de capitulo seti martini *mind.* hereditario jure in pheidum habuimus, — decano et capitulo ejusdem eccl. sti martini pro 32 marcis br. arg. vendidimus. Dat. 1279. XVI. Kal. Septembris.

## 200.

1279. A. 256. D. B. II. 22.

*Gerhardus, comes Holsacie et in Scowenborg*, de cons. *G. filii nostri, Volquino, Mind.* eccl. episcopo: resignamus duos mansos, in villa *Horsten* sitos, quos a vestris predecessoribus in feudo tenemus, ipsis mansis prius nobis a Domino *Gerhardo de Bardelage* et suis fratribus, qui ipsos in feudo a nobis tenerunt, resignatis. Dat. in *Aldenburg* 1279.

## 201.

1279. Aug. 17. A. 257. W. s. XI. 93.

*Volquinus* episc., *Otto* prep., *Conradus* dec., tot. cap. *Mind.* eccl. contulimus proprietatem duorum mansorum, sitorum in *Horsten* in parochia *Nendorpe* nostre dioecesis, quos *Gherardus comes nobilis et filius suus de Holsatia seu Schowenborch* nobis resignando contulerunt, eccl. S. Martini nostre ciuitatis; vice versa cap. Scti. Martini in recompensationem proprietatem cujusdam uille, que dicitur *Langeneuelde*, nobis contulit. Dat. 1279. sexta decima Kal. Septembris.

## 202.

1279. D. B. II. 21.

*Gerhardus, comes Holsacie et in Scowenborg*, de consensu filii nostri *Gerhardi, Volquino, Mind.* eccl. episcopo: decm. in *Wetbeke*, quam a vestris predecessoribus tenemus, libere resignamus, ut ipsam abbati et fratribus de *Lucka* in proprium conferatis, ipsa decima prius a

Domino *Gerhardo de Bardelage*, qui eam a nobis in feodo tenuit, resignata. Dat. in *Aldenberg*. 1279.

203.

1280. Juli. A. 260.

*G., comes Holtsacie, Stormarie et in Schowenborch*, condolentes impedimentis proborum hominum *opidi nostri Indaginis*, eisdem tempore messis annonam suam de campo civitatis inducendam liberam concedimus facultatem, dummodo decimam nostram in campo taliter exponant, ne nos in decima defraudemur; si autem aliquis nos scienter defraudaverit, coram iudice nostro pro satisfactione, prout iusticia et sententia dictauerit, respondebit. Dat. *Schowenborch* 1280. mense Julij.

204. (145.)

1280. Juli 23. Cal. IX. 18.

*Ludolfus, comes de roden*, n. s., quod *olricus*, dictus *dommegger*, *egelberto*, *hildebrando*, *eilardo*, *pueris domini egelberti militis*, dicti *de lenten*, duos mansos in *lone* contulit iure feudali; insuper, si collationem predictam pueri prefati ab *ecclesia visbesensi* sibi potuerint procurare, *olricus* resignabit. T. dom. *hildebrandus* et *bertoldus* milites dicti *de lente* et eorum fr. *engelbertus*, consanguinei partium predictarum, scilicet *olrici et puerorum de lente*. Dat. sequenti die *Marie magdalene*. 1280.

205. (196.)

1280. Sept. 2. A. 260.

*Gerhardus, comes Holtzatie et de Schowenburg*, intuitu favoris circa claustrum sanctimonialium in *Rentelen*, innovamus contractum honorum, que *b. m. Fredericus de Eckersten, miles*, dicto claustrum cum filia sua contulit, videlicet duos mansos et dimidium, sitos in curia, que dicitur *A*; praeterea eidem claustrum conferimus proprieta-

tem duorum mansorum in *Eggere*, quos a Conrado comparavit; insuper dicto claustro *Tidericum*, Litonem nostrum et *Gretam*, uxorem ipsius, liberos mittimus, absque pueris eorum, quos nostro juri reservamus. T. Henricus prep. dicti claustrum; Joannes de Adenoys, Lodhewicus Post, Bertoldus de Reten, Borchardus et Tidericus fratres de Helbeke, Tidericus et Lukemanuus de Broke milites; Johannes de Luneborg notarius noster. D. *Schowenborg* 1280. Non. Septembris IIII.

206. (139.)

**1280.** Oct. 9. A. 262.

*Gerhardus*, comes *Holtsacie* et in *Scowenborg*, ad n. v. p., *Borchardum* de *Helbeke*, militem, decm. in *Geldorpe*, quam quondam a *Conrado* de *Arnem*, viro nobili, tenuit, nunc vero a nobis habere dinoscitur, eccl. in *Ouerkerken* vendidisse pro 30 marcis den. et 30 marcis br. arg. Nos eandem decm. omni jure et proprietate damus et demittimus eidem eccl. et conventui. T. Bernhardus et Jordanus sacerdotes. Henricus de Bardeleue. Woltherus de Cersne milites. 1280. in festo b. Dyonisii martiris et sociorum ejus.

207.

**1280.** Dec. 28. A. 276.

*Otto*, dux de *Brunswig*, exigente affectu ancillarum Christi conuentus in oppido *Rintelen*, de cons. Domini nostri dilecti ac Tutoris, *G. comitis Holtsatie*, et fidelium nostrorum, proprietatem unius domus et trium mansorum in *Honradhe*, que a nobis tenuit *B. de Asseborch*, memorate eccl. donamus. Dat. *Zell* 1280. in die sanctorum innocentium.

208. (152.)

**1281.** A. 280.

*Gherhardus*, comes *Holtsatie* et de *Scowenborg*, — cum cons. filiorum nostrorum *Gherhardi*, *Heinrici*, — Do-

mine *Alheidi* abbatisse et conuentui in *Visbeke* decm. ejusdem ville pro 200 mcs. br. arg. obligavimus. T. Engelhardus, Hermannus, Ludolfus sacerdotes. Heinricus schol. hamelensis. Johannes subd. Adolfus de holte nobilis. Johannes de Bardele dap. noster. Hermannus de Bernhusen. Euerhardus de Tzersne milites. Thidericus et heinricus dicti de Bardeleue. Hinricus disch. Ludbertus et Ludolfus fratres dicti Westfal famuli. Dat. 1281.

209. (47. 48. 210.b.)

1281. Jan. 9. Sp. 246. Wig. W. I. 149.

*Burgardus*, comes de *Welepa*, aduocatiam curie, dicte *mirabilisbroc*, et aduocatiam omnium possessionum ad eam pertinentium, quas possessiones cum curia supradicta quondam nobilis uir, dictus *Mirabilis*, monasterio de *Insula Sancti Mauritiij* contulerat, abbati et eidem monasterio pro 63 mcs. br. arg. vendidimus, et in manus *Volquini*, Mind. episcopi, resignavimus. Hoc scriptum sigillis nostro et *Otonis* fratris, Mind. eccl. prepositi, est munitum. Dat. *Minde* 1281. quinto Idus Januarii. T. Conradus dec. Mind., Widego prep. sti. Martini. Arnoldus thesaurarius. Heinricus aduocatus de Monte nobilis. Henricus borchgrauius de Stromberg. henricus et florencius fratres de Dungen den. Johannes camerarius. Iudegerus de bardeleue milites. Richardus Wulpes. Rabodo de Osteten.

210.a.

1281. Jan. 20. W. III. 148.

*Volquinus*, ep. Mind., baptisterium, quod fuerat in forensi ecclesia in Mollenbecke ad conuentualem ecclesiam ibidem transferimus. Minuta beneficia, quae quondam Johannes dictus de Helbecke suae praebendae attraxerat, abb. uni personae conjunctim, aut pluribus personis diuisim conferre poterit. Dat. *Mindae* 1281. Quinto Kal. Febr. pres. Conrado decano eccl. nostrae; Bernharo archidiac. in

Osen; Hermanno, Ernesto et Hermanno canonicis in Mollenbecke; Borchardo et Tiderico militibus de Heilbecke.

210. b. (209.)

1281. Jan. 28. Sp. 248.

*Bernhardus, Magdeburgensis* eccl. electus, venditionem aduocatie super curia, dicta *mirabilisbrock*, et super possessionibus ad eam pertinentibus, abbati et monasterio *de Insula* sancti Mauritij a fratre nostro, *Borchardo comite de Welpa*, factam ratam habemus. Dat. 1281. Quinto Kal. Februarij.

211. (286. 48.)

1281. Febr. 9. Sp. 249.

*Volquinus, Mind.* episc., ad n. c. p., quod *comes Burchardus de Welpa* in manus nostras aduocatiâ curiæ, dicte *Mirabilis-Brock*, et omnium possessionum ad eam pertinentium resignavit, quas cum curia supradicta quondam nobilis vir, dictus *Mirabilis*, monasterio *de Insula* sancti Mauricii contulerat. Nos, resignationem comitis *de Welpa* acceptantes, proprietatem eiusdem aduocatie abbati ac monasterio *de Insula* donamus. Act. et dat. *Minde* 1281. Quinto Idus februarij. T. Otto maior prep. Conradus dec. Widigo prep. scti. Martini. Arnoldus thesaurarius *Mind.*, ac nobilis viri: *Adolfus* comes *de Swalenberge*. *henricus* aduocatus *de monte henricus borchgrauis de Stromberge*; et milites: *hermannus Poppe*, *herbartus de mandelslo*, *Johannes camerarius henricus et florentius de Dungen den*. *Johannes Kanne*; et famuli: *Richardus Vulpes*. *Rabodo de Ofleten*. *Gerhardus Span*. *Arnoldus Girhose*.

212. (175.)

1281. Juni 5. W. s. XI. 98.

*Arnoldus*, thesaurarius eccl. *Mind.*, mansum unum, ad luminaria eccl. pertinentem, situm *apud villam Engern*, qui a predecessore, *Heinrico* thesaurario, jure emphiteotico

tenebatur, contulimus *Heinrico de Borstele*, civi *Rinthe-  
lensi*, eodem jure possidendum, sub hoc pacto, quod ad  
luminaria in ecclesia exsolvat quatuor mindenses sol an-  
nuatim; alioquin predictus mansus ipso facto nobis vacet.  
T. Conradus dec., Wydego prep. scti. Martini, Gherardus  
de Molendino, eccl. nostre canonici. Heinricus de Dingerden,  
Tedericus de Helbeke, Gherardus Lode milites. Hermannus de  
Foro, Conradus de Hölthem, Johannes de Alta Platea, Ste-  
phanus, cives mindenses. Dat. *Minde*. 1281. non. Junij.

## 213. (196.)

1281. Juli 13. A. 279.

*Gerhardus, comes Holtsatie et in Scowenborch*,  
eccl. in *Rintelen* advocatiam assignantes, omnia bona,  
eidem eccl. a patre nostro collata, cum ceteris bonis, pro-  
priis expensis in dominio nostro emptis, volumus ab omni  
advocatia esse liberos. T. Heinricus prep. dicti claustrii,  
Johannes de Hulsede, Volkardus, Hermannus sacerdotes. Wulf-  
hardus frater. Bertoldus de Reten, Borchardus et Thidericus  
fratres de Helbecke, Thidericus, Lukemann de Broke milites.  
Johannes de Luneborch notarius noster. Bernhardus de A et  
filii sui Hermannus et Bernhardus, Adolfus magnus et frater  
suus burgenses. Dat. in *Rintelen*. 1281. III. Idus Julii in  
die *Margarete* virg.

## 214. (222.)

1281. Sept. 4. A. 282.

V., *Mind*. eccl. episcopo, *G. comes Holtzacie ac in  
Scowenborg* feodum decime in *Wederberge* ad utilitatem  
monasterii in *Rintelen* resignamus. Dat. in *Indagine* pri-  
die Non. Septembr. 1281.

## 215.

1281. Sept. 10. A. 282.

*Gerhardus, comes Holtsacie, Stormarie et in Sco-  
wenburg*, ob reuerenciam b. Marie virg. in *Ouerenkerken*,

damus proprietatem duorum mansorum, sitorum in *Sudhorsten*, quos m. *Rotcherus miles dictus de Bardeleue* a nobis in pheodo tenuerat. Ceterum sepēdicte eccl. conv. nos de omni dampno et gravamine, ipsi ex parte nostra illato, inculpabiles dimittet, neque de illis querimonias suscitabit. Testes huius donationis sunt: Conradus et Tidericus de Broke. Burchardus de Helbeke. Lodowicus et Woltherus dicti Poste. Act. et dat. in *Rintelen* 1281. in crastino sancti Gorgoni martiris.

## 216.

**1281.** Oct. 12. Cal. VII. 40.

*M. abbattissa, Jo. prep.* totusque conv., Judex, Consules, ceterique burgenses cjujtatis in *rentelen* protestamur, quod *arnoldus et boldwinus, Justacius et heynricus fratres de vornholte et rikesse*, mater eorum, coram nobis *theodericum dictum berman*, litonem ipsorum, *Marquardo* preposito et conuentui in *Wenighesen* tytulo venditionis, receptis ab ipsis 8 mcs. br. arg., vnanimiter donaverunt. Quia sig. proprio caremus, usi sumus sig. conv. et *rintelen* ciuitatis. T. herman, Godefridus, arnoldus sacerdotes. her. et Jo. et theodericus fratres de *rottorpe* milites. Theodericus et luke milites de *broke*. Jo. miles de *bardelaue*. ar. de *getmunde*, Lv. et Jo. fratres de *heckers-ten*, *Rotcherus* et *Conradus* de *bardelaue* famuli. *adolfus magnus*. Jo. monetarii. thi *stemborch* burgenses. Dat. 1281. in *rintelen*, die XI milium virginum.

## 217. (226. 193.)

**1282.** S. Mos. 646.

*Bernhardus nobilis, dictus de Lo*, protestamur, quod nos 100 mcs. br. arg. recepimus a domino abbate et conuentu de *Lucka* ad manus *Olrici comitis de Regen-stein*, generi nostri, quos ei dederunt pro decima in *Horne*. Dat. 1282. T. nobiles viri: Burchardus comes de *Welpia* et comes *Johannes* de *Wunstorpe*, auunculi nostri, Lu-



dolfus miles de Mandelslo, Ludewicus Eggeleborstelle, *castellani nostri in Sassenhagen.*

218. (285.)

**1282.** Mai 27. Sch. 56.

*Volquinus, Mind. episc., n. s., quod nobiles viri, Dominus Willekinus et Adolphus de Holte, cum uxore sua, domina Cunegunda, et liberis eius, omne dominium, quod habuerunt in villa Luden, cum ipsa proprietate, resignando coram nobis in claustrum Lodhenn transtulerunt; emerunt enim omnia priorissa et sorores incluse de Lodhen a prefatis nobilibus 100 mcs. br. arg. Dicti nobiles promiserunt, quod warandiam prestabunt ab omnibus heredibus et consanguineis, qui sibi jus aliquod vendicare possent, quod Jus Eructale vulgariter appellatur. Similiter promiserunt, quod propinquorum suorum, qui primiores sunt, litteras praesentabunt, in quibus claustrum securitas fiat, videlicet prepositi Wicboldi de Holte, domini Hermannii de Holte, fratris dicti prepositi, et cujusdam canonici Monasteriensis eccl., qui est filius Hermannii de Holte. Idem promiserunt cum ipsis nobilibus et pro ipsis Burchardus de Helbeke, Woltherus dictus Post, Lukeman de Broke, Giselerus de Monenchusen milites, Conradus nobilis de Arnem, Fredericus de Heilbeke, Alexander de Holle, Henricus filius Henrici de Rottorpe famuli militares. Si litere prefate claustrum presentate non fuerint, Burchardus de Helbeke et Lukeman et Fredericus de Heilbeke Rintelen jacebunt extra domus proprias, comedentes pariter in vna domo alicujus burgensis; omnes alii sponsores Myndam venient et ibi jacebunt. Johannes et Hermannus dicti Varrepennig renuntiauerunt coram nobis ac suis dominis, Willekino et Adolfo, feodo, quod habuerant in duobus mansis in Luden. Homines, qui cum bonis emptis in sororum dominium transierunt, sunt Elbertus villicus et Marburgis, uxor ejus, et Ludolphus, filius eorundem, Joannes manens in superiori domo ville*

*Luden et Alheidis uxor ejus. Promissionem acceperunt ex parte claustrum de securitatibus litteris procreandis Leue-  
dagus sac., Fr. Wernerus, Fr. Baldewinus et fr. Hinricus, conuersi Lodhenses; Hinricus de Dungherden, Joannes Camerarius, Johannes de Barchusen milites; Gysso can. Mind. Richardus et Jordanis dicti Vulpes, Adolphus dictus Knicke, Arnoldus Ghisihe, Menfridus de Barechosen famuli militares; Joannes Block, Henricus Sprunck, Hermannus de Foro, Thethardus Rathber, Albrandus et Rodolphus de Letele, Engelbertus de Mersch, Johannes filius Giseleri, Hermannus de Werst et Bolte, consules mindenses. T. Dom. Otto prep. Mind., Ludolf de Arnem et Giso canonici Mindenses. Joannes Camerarius, Johannes de Barchusen, Dethardus de Lode, Didericus de Vllen, Joannes de Bardeleue milites et Hinricus de Dungen den miles. Joannes Block, Henricus Sprunck, Detardus de Rathber, Hinricus Vogel, Hermannus de Molenbecke, Rodolphus de Letele, Hermannus de Foro, Henricus Burmester, Joannes de Colle, Bolte filius Rodolphi, Ludolphus de Haste, Joannes Giseleri et Hermannus de Werste consules Mindenses; Richardus Vulpes, Menfredus de Barechosen, Detardus camerarius, Detardus de Lerbeke, Detardus de Spenthoue, Euerhardus de Spenthoue, Jordanus Vulpes, Richardus de Oldendorp, Adolphus Knicke, Joannes filius Joannis camerarii, Menfridus filius domini Joannis de Barchusen, Arnoldus Gyrose, Jsrael de Thitmerigtorpe, Joannes de Dungen den famuli; Joannes de Riuo, Arnoldus de Riuo, Ludeman de Meissen, Joannes Seine, Hermannus filius Hermannus de Wersten, Joannes de Honroth, Gerhardus Span, cives Mindenses; Helmbertus Camerarius et Bruno de Spenthoue milites honesti, licet casu sint ultimo nominati. Act. Minde in curia Wichgrauui Mind. Sexto Id. Junii 1282.*

219.

1282. Mai 30. H. A. 1409.

*Hermannus et Hildeboldus, comites de Perremunt, rec., quod consanguinei nostri, dom. Wilhelmus de Holte*

suusque filius, dom. *Adolphus*, omnia bona sua, que in *Luden* habuerant, claustrum in *Loden* vendiderant et hec venditio nobis placet in tantum, quod nos omne jus nobis competens in claustrum transferimus, desiderantes ex sincero corde, quod priorissa et sorores dicti claustrum nunquam in huiusmodi bonis a quocunque homine molestantur. Dat. *Luyde*. 1282. Tertio Ydus Junii.

## 220.

1282. Aug. 22. A. 285. W. s. X. 35.

*Conradus* dec. et cap. eccl. *Mind*. pensionem annuam trium talentorum den. mindensium, quam a *Volquino*, episcopo *Mindensi*, comparavimus in ecclesia *Molenbecensis*, *Heinrico* presbytero, capellano altaris sancte *Katherine* in nostra ecclesia, pro 20 mcs. br. arg. vendimus, de quibus talentis 12 sol. dabuntur, secundum voluntatem presbyteri, pro consolatione vicariis, qui presentes fuerint in missa pro defunctis in anniversario *Adolphi quondam comitis in Scowenberch*, fundatoris altaris sancte *Katherine*, et due marce sibi persolventur; sed eo defuncto sumendi sunt octo sol. de duabus mcs. ac addendi consolationi in anniversario *comitis Adolphi*, ut tunc 20 sol. in eodem anniversario dividantur inter canonicos et vicarios; de duobus talentis residuis in anniversario ipsius presbyteri, emptoris et donatoris, una candela nocturnalibus, unus sol. scolaribus, octo denarios (?) camerariis et campanariis tribuantur. Dat. 1282. in octava assumptionis b. virg.

## 221.

1282. Aug. 25. W. s. XI. 106.

*Volquinus*, *Mind*. episc., protestamur, quod dec. et cap. eccl. nostre trium talentorum redditus, per abbatissam *Molenbeccensis eccl.* annis singulis exsolvendos, de manu laycali datis 20 mcs. br. arg., redemerunt, possidendos, donec nos restituimus pecuniam supra scriptam et tunc

prefati redditus nostri ad nos revertentur. Dat. *Minde*  
1282. octavo Kal. septembris.

222. (214.)

1282. A. 287.

N. u., quod domina *hethewigis*, uxor *fretherici de helbeke*, decm. in *Wederberge* coram consulibus in *rintelen* conuentui sancte marie, eccl. vero scti. Jacobi in *rintelen* resignauit. T. dom. thi. de broke. rot de bardelaue. Johannes de stenburg. scrape. bern. kule. henricus de hattelen. Johannes de hauerbeke. brun de otherge. her. Kale. Karl. Dat. 1282. temporibus militum *Jo. de Bardelaue. E. et Wol. fratrum de Zersne. thi. et W. de broke. B. et thi. fratrum de helbeke dominantium in scowenborg.*

223.

1282. Sept. 1. A. 286.

*Gerhardus*, comes *Holtsacie et de scowenborgh*, rec., quod *fredericus de helbeke et hadhewigis*, uxor sua, decm. in *Wederberghe* nobis resignauerunt et nos jus patronatus, quo in ea utebamur, sanctimonialibus in *rintelen* donauimus. T. illustris princeps otto de brunswic et heinricus filius noster, dom. Ludolfus de curen, Bertoldus de rethen, Johannes de wlmn milites. Dat. *scowenburgh* 1282. in die egidij abbaüs.

224. (439.)

1283. Erh. Z. IX. 76.

*H. . . . us*, comes de *Sterrenberge*, concedimus ac vendimus preposito, abbatisse et conuentuj Monasterij sancti Jacobi in *Rintelen* tale jus, quod siluis, lignis et nemoribus nostri dominij ad sua commoda et utilitates vti possunt. Dat. *Sterrenberge* 1283.

**1284 — 1288.** Erh. Z. IX. 79.

*H., comes in Sterrenberch*, dimittimus jus, quod habuimus de area *Gerroldi*, beato dyonisio in *Mulenbike*. *T. rotgerus. tidericus de hilibike. johannes de houde. johannes de rottorp.*

226. (217. 181. a. 259.)

**1284.** S. Mos. 653.

*Bernhardus nobilis, dictus de Lo, et Justacius de Monichhusen, aduocatus de Sasenhagen*, prot., quod *Achilles de Hemmehusen*, pres. castellanis nostris in *Sasenhagen*, videlicet *Lodewico de Eggeleborste* et ceteris, cessavit omni impetitione, quam habuit super bona in *Hemmehusen* et *Elmenhorst*, que abbas et fratres de *Lucka* a patre suo domino *Achille* compararunt. Dat. in *Sasenhagen*. 1284.

227. (235. 181. a.)

**1284.** S. Mos. 649.

*Ermengardis, comitissa in Welepa*, n. u. quod *Achilles de Hemmehusen*, querimoniam faciens aduersus abbatem et monachos de *Lucka* de bonis in *Hemmehusen* et *Elmhorst*, que dictus abbas a patre suo comparauerat, coram nobis omni iuri, quod in dictis bonis habere se dixit, renuntiavit, sicut antea fecerat in *Nouo castro*.

228. (235. 181. a.)

**1284.** März 12. S. Mos. 650.

*Borchardus, comes de Welepa*, n. u. quod *Achilles de Hemmehusen*, querimoniam faciens aduersus abbatem et monachos de *Lucka* de bonis in *Hemmehusen* et *Elmhorst*, coram nobis omni iuri, quod in dictis bonis habere se dixit, reuuntiavit, sicut antea fecerat in *nouo castro*. Act. *Drakenborg*. 1284. dominica oculi.

**1284.** Aug. 8. Erh. Z. IX. 77.

*Hoyerus nobilis, dictus de Sterenberge*, mediante consilio *Volquini, episcopi Mindensis*, aduocatiam curtis in *Wlferinchtorpe* pro 30 mcs. *mind.* et *hamelensis* usualis et legalis monete *ecclesie Mulibicensi* vendimus tali conditione, ut, cum dictam aduocatiam propriis denariis et non alienis reemere possumus, ad nostram juris dictionem rediet. T. Volquinus *mind.* episc. Artusius plebanus in *Lubbike*. Magister *Jakobus* dicti episcopi not. Ernestus ac Hermannus *Mulenbicensis* canonici. *Johannes de Smerleke* can. *hamelensis*. Item *henricus de Rottorpe*, *Burghardus de Helbike*, *Ludewicus de Westendorpe*, *hermannus de Mulenbike* milites. *Conradus villicus*. *Rodolphus de Velthem*, *fredericus de Biscopinchtorpe* famuli. Presentem paginam appensione sigillorum domine *Mechtildis Mulenbeccensis abbatisse, Adolphi et Alberti, nobilium de Svalenberg*, tradidimus roboratam. Acta sunt hec *Mulenbike* 1284. In die *Ciriaci martiris VI. Idus Augusti*.

**1284.** Aug. 8. Erh. Z. IX. 78.

*Volquinus, Mind.* eccl. episc., n. f., quod *hoyerus cognatus noster, nobilis de Sterenberge*, aduocatiam curtis in *Wlferinchtorpe* pro 30 mrc. *mind.* et *hamelensis* usualis et legalis monete *eccl. Mulenbicensi* vendidit. Acta sunt hec *Mulenbike* 1284. In die *Ciriaci martiris VI. Idus Augusti*.

**1284.** Nov. 30. A. 292.

*Gerhardus, comes Holtzacie et in Scowenborg*, cenobio et conuentui in *Ouerenkerken* proprietatem curie in *Houelde* contulimus. Dat. *Hamel* 1284, in die *Andree Apostoli*.

232.

**1286.** A. 296. H. A. 1410.

Dom. *Helwicus de Hastenbeke* dap., existens in *Scowenborgh*, A. (*Adolfus*) *nobilis de Holte* ceterique castellani ipsius opidi n. f., quod pro controversia, que inter claustrum de *Ouerenkerken* et fratres duos de *Honuelde*, scilicet *Gozwinum (Garuinum)* et *Ludingerum*, pro bonis in *Honuelde* uertebatur, fuit dies decisionis coram nobis et castellanis in *Scowenborgh* omnibus presentibus prefixus, quo die, partibus coram nobis in iudicio comparentibus, per aduocatos, uidelicet dominum *Burchardum de Helbeke* ex parte b. virg. *Marie* et dominum *Johannem de Bege* ex parte altera, cum eorum assessoribus pro et contra sentenciatum fuit, quod supradicti fratres tandem ab omni actione, que eis in bonis *Honuelde* competere poterat, amicabiliter cessauerunt. T. A. *nobilis de Holte*. *Helwicus* dap. *Ludewicus* Post. *Burchardus*, *Thidericus* fratres de *Helbeke*. *Thedericus* et *Lukemann* fratres de *Broke*. *Arnoldus* de *Bosekessen (Rorekessen)*. *Johannes* de *Bege*. *Lukemann* de *Jeynhusen* milites. *Arnoldus* de *Hastenbeke*. *Fredericus* et *Henricus* de *Helbeke*. *Conradus* et *Rotgerus* de *Bardeleue* famuli. Dat. *Scowenborgh* 1286.

233. (250.)

**1286.** Aug. 22. Cal. VI. 46.

*Alheidis* abbatissa, *Alheidis* priorissa et conv. sanctimonialium in *Visbeke* m. c.: bona quedam, eccl. nostre propria in *Gerbernessen*, *Lodewicus miles dictus de Enghelingeborstolde* sub annuo censu solidorum octo a nobis tenuerat tali pactione, ut, eo defuncto, prefata bona nostram ad ecclesiam debebant redire; idem miles eadem bona uendidit preposito, priorisse et conuentui sanctimonialium in *Insula prope Honouere*; rescindere temptauimus hunc contractum; fuit autem hec questio tali modo terminata,

quod nos, retenta proprietate, bona antedictis *de Insula monialibus* locauimus sic tenenda, quod singulis annis nobis nouem sol. persoluantur. Dat. et act. *Visbeke* 1286. in octaua assumptionis b. Marie virg. gloriose.

234. (250.)

**1286.** Aug. 29. Cal. VI. 46.

*Lodhewicus miles, dictus de Endelingeborstolde*, duos mansus in *Gerbernessen*, quos ab ecclesia *Visbeke* iure feudali tenuimus, resignamus. T. Justacius, Gyselerus dicti de *Monechusen*. Johannes camerarius. Johannes de *reten*. Conradus de *broke*. Euerhardus *Rumescotele*. Arnoldus de *beldersen* milites. *Olricus de Mandeslo*. *heymericus Moyecop* etc. famuli. Dat. *Sassenhagen*, die decollationis *Johannis Baptiste*. 1286.

235. (227. 228. 181.a.)

**1286.** Oct. 28. A. 295. Sp. 255. W. Prov. 19.

*Conradus, Verdensis episc.*, *Otto dux Bruneswic*, *Gerhardus comes holtzacie et borchardus comes de Welpa*, causa dilectionis *Otonis*, *mind. eccl. prepositi*, ipsum prepositum, *nowm castrum*, ministeriales et *ciuitatem Mindensem* sub nostram tuitionem recepimus, quam diu sub se habuerit *nowm castrum*. Ceterum quia nos, *Gerhardus comes holtzacie*, propter locorum distanciam preposito personaliter adesse non possumus, dap. noster in *Scowenborg*, quicumque pro tempore fuerit, supplebit vices nostras. Dat. et act. 1286. in die sanctorum apostolorum *Symonis et Jude*.

236.

**1287.** Juli 15. A. 299.

*Gerhardus, comes Holtzacie et in Scowenborg*, mansum unum, in *Wertbere* situm, quem *Reinhardus dictus de Vorenholte* a nobis in feodo habuit et in manus



nostras resignauit, dedimus eccl. b. Marie virg. in *Ouerenkerken*. Dat. *Greuenalueshagen* 1287. in die diuisionis apostolorum.

237.

1287. Sept. 29. A. 300.

*Ludolfus, can. Mind. et Osnaburgensis, et Conradus, fratres de Arnheim*, viri nobiles, septem fertonibus receptis a nepte nostra, *G. de Desholte, Ouerenkerken* comoranti, proprietatem cuiusdam dimidii mansus, quem prep. *Jordanus* cenobio contulit, ipsi eccl. et cenobio condonamus, et est in *campo vpperhelden*. T. dom. *Johannes de Seonenberge*, Ar. celerarius mind., *Johannes de Mandelslo* canonici. *Ludolfus de Mandelslo*, monachus Luccensis. *Adolfus Cnihghe*, *Torniacus* famuli. Act. *Minden* in curia domini *Arnoldi* celerarii Mind. 1287. In die b. Michaelis Archangeli.

238. (77. 192.)

1287. Oct. 31. A. 301.

*Gerhardus, comes Holsaciensis et in Scouuenburgh*, duximus declarandum, quod discordia inter abbatem *padhebornensis* monasterij beatorum apostolorum Petri et Pauli et *Ludolfum de hamme* super questione honorum, que *ludolfus* a prenominato monasterio jure emphiteotico possidebat, sopita extitit in hunc modum, quod *Ludolfus* et uxor nec non matertera ejusdem *jutta* omne jus tam in curti majorj in *Widhen* et in curti, que dicitur *Ostehof* et in bonis *sub tilia*, quam eciam in bonis circumquaque iacentibus, receptis a prenotato abbate 25 mcs. den. in *Lemego* legalium, constituto (?) a nobis ad hoc re judiciali, quod (?) dicitur wlgariter *eyndinc*, libere resignauerunt; praeterea aream, sitam prope *teatrum in Widhen*, *ludolfus* et uxor quam diu vixerit obtinebitur (?); casam, quam *iutta*, matertera *ludolfi*, inhabitat, eciam, quam diu vixerit, optinebit. Presentem cartulam nostro sig. vna

cum sig. castrensi in *Scouenburgh* iussimus communi; abbas et *Iudolfus* ad cautelam certiore rogabant nobiles viros, videlicet comitem de *Rauensbergh* et aduocatum de *Scalchesbergh*, suorum sig. munimine roborare. T. Richardus prep. in Rintelen. Sifridus plebanus in Widhen. adolfus de holte miles. Borchardus et thidericus fratres milites de helbeke. fratres de brocke Lukemannus et thidericus milites. Borchardus de Getmunden miles. Waltherus post miles. Waltherus de sersnen. Lodheuuicus de uuestendhorpe miles. Johannes de bardeleue miles. Steyn de Widhen, Reynerus de uorenholte, Weleghe, Rodolfus de Dhebere, Johannes de Westendhorpe, Liborius, Lodheuuicus post et Johannes fr. s, Lodheuuicus de Ogterinchusen. Acta sunt *Widhen in teatro* 1287. in vigilia omnium sanctorum.

239.

**1288.** Cal. IX. 27.

*Gertrudis* abbatissa, tot. cap. *Wunstorpen* eccl. o. i. p.: cum quidam dominus *henricus dictus Landesberch*, nostre eccl. can., quandam pecuniam in usus eccl. nostre conuertit, construens altare inter ipsam ecclesiam nostram in honore b. Virg. Marie, contulit huic duos m., emptos a quodam cive nostro, *Bernardo dicto scotlich*, item 14 agros siue iugera quondam *Ernesti* sacerdotis cum area, sita extra portam ciuitatis contra aquilonem, item pratum, a domino *Reynardo milite dicto de ebbinghusen* emptum, item mansum in *Bekedorpe*. Act. 1288.

240.

**1288.** Sp. 259.

*Borchardus*, comes de *Welpa*, de voluntate fratrum nostrorum, *Bernardi* prepositi mai. eccl. *Bremensis*, et prepositi *Otonis* mai. eccl. *Mind.*, cenobio in *Ouernkerken* contulimus proprietatem unius sartaginis in *Munder*, quam quondam *Hermannus Clawe* b. m. et sui pueri a nobis

tenuerunt. T. Wolterus de Zersne, Arnoldus de Visbeke milites. Robertus de Zersne, Robertus Juuenis, Hermannus Clawe famuli. Dat. 1288.

## 241. (256.)

**1288.** März 14. A. 304. Sch. 280.

*Albertus, Saxonie, Angarie, Westphalie Dux, Burchgraviusque Magdeburgensis: Conradus Glude* tenet a nobis sex m. in villa *Geldorpe* titulo pheodali, quorum proprietatem damus monasterio sanctimonialium in *Ouerenkerken*; pres. Conrado, Helmondo et Nicolao Comitibus de Swerin, Johanne Godebus. Dat. *Molne* 1288. Dominica qua cantatur Judica.

## 242.

**1288.** Sept. 21. A. 306.

*Conradus, nobilis de Arnhem*, de cons parentum nostrorum, videlicet *Ludolfi* patris nostri, *Mechthildis* matris nostre et *Ludolfi*, canonici Mind. et Archidiaconi in *Lubbeke*, uendidimus omnes homines nostros utriusque sexus in uilla *Ouerenkerken* commorantes, in *Geldorpe Thidericum* et uxorem *Gretam* et *Tetburgim*, uxorem *Dunckeri*, in *Sulbeke Herburgim*, uxorem *Ecberti Blomen*, in *Elmede Drusianam* et pueros eorum, cum rebus eorum mobilibus et immobilibus omnibus, b. Marie virgini, patrone cenobii in *Ouerenkerken*, pro 70 mcs. br. arg., *Ely* priorissa, *Jordane* preposito tunc existente in loco prenotato. T. Adolfus nobilis de Holte. Johannes de Bardelene Marscalcus. Woltherus de Zersne. Borchhardus de Helbeke, Thidericus fratres. Thidericus de Broke. Henricus de Bardelene milites. Rotgerus de Bardelene. Hillebrandus de Westendorpe. Ludolfus de Eckersten. Conradus Vil. Johannes de Houwede. Gerhardus Boc. Johannes . . . eybeke. Hermannus de Swe-destorpe. Dat. 1288. in die b. Matthei apostoli.

1289. A. 308.

*Gerhardus, comes Holtzacie et in Scowenburch, proprietatem cum jure feudali super duas curias ad sex mansos, in Haverbeke sitos, cum cons. filiorum nostrorum, Gerhardi, Adolphi, Henrici Comitum, sanctimonialibus in Rintelen contulimus. T. Prep. Richardus, Hermannus de Honrode, Henricus de Garwede, Thidericus de Insula sacerdotus. Adolphus de Holte. Burchardus et Thidericus fratres de Helbeke. Thidericus, Lukemannus fratres de Broke. Johannes de Bardeleue. Burchardus de Getmunde milites. Rotgerus et Conradus de Bardeleue fratres. Johannes, Ludolfus fratres de Eckersten. Act. 1289. Dat. in castro Scowenborch, ascensionis domini.*

1289. Juni 30. A. 309. Cal. I. 47.

*Gerhardus, comes Holtzacie et de Scowenburg, porreximus thiderico holtgreuen justo titulo pheodj bona nostra in helcinghusen et unam curiam duloldendorpe sitam pro 74 mcs. arg. br., in quibus eidem obligamus quiete possidenda tali condicione, quod dicta bona reemere possumus pro dicto argento, quando placet. T. adolphus de holte. helmicus de hastenbeke. Woltherus de tsnersne. albertus bok milites. Thidericus de esscerte. wibrandus de redhen. bok de nordholte. Dat. in indagine 1289. in crastino apostolorum petri et pauli.*

245. (186. 257. 275.)

1289. Dec. 31. A. 311. W. s. XI. 122.

*Sifridus, Coloniensis eccl. Archiepiscopus, — cupientes cedere discordiam inter Volquinum, episcopum Mindensem, et suam ecclesiam ex una parte, et nobiles viros Ottonem, ejusdem eccl. prepositum, Dominum Gherardum comitem*

de Schouwenborgh, Gherardum aduocatum de Monte, Henricum Burcgrauum de Stromberg ex altera, — ab ipsis partibus, ut nostre ordinationi starent, fidem recepimus, quo facto ordinauimus, quod medietatem castrum Arnem, super quo lis orta fuerat, habeat ecclesia Mind., alteram vero partem dictus comes de Schouwenborgh ab ipso episcopo in feodo possidebit. Facta est hec compositio apud Hervordiam in die b. Silvestri Pape 1289.

## 246. (476.)

**1290 — 1330.** A. 312. Sp. E. II. 476. Auszug.

Ein mindensches Lehnregister enthält: Comes de Schouwenborch habet in feodo ab ecclesia Mindensi castrum Schouwenborch, Indaginem comitis Adolphi, sic uulgariter nuncupatum, opidum Rintelen, dimidietatem castrum Arnem, 77 decimas, et alia bona, pertinentia ad predictas munitiones, et alia, quae ignoramus.

## 247.

**1290 — 1300.** Sp. 297. Auszug.

Ein mindensches Verzeichniss der dem Bischofe schuldigen Leistungen enthält: Istud est officium Wigrauii, quod debetur episcopo: ad Kal. episcopi, id est feria quarta post ramos, dabit officialis urnatam mellis et 5 modios tritici. Eodem die dabit Wigrauius X esotes pulchros et 80 uncias piscium anguillarum siue murenularum uel 80 luceos; erit quilibet luceus in modum unius cubiti, mensurati a pollice inter caput et caudam. Eodem die dabit uillicus de runneberge 24 sol. ad comparandos pisces. Piscatores de stenhulthe et Merle apportabunt pisces suos.

## 248. (111. 198. 278 a.)

**1291.** A. 53. West. 62. Inh. Ang.

Gerhardus, aduocatus de Monte, permotus sororum in Lothen quaerimonia, quod currus et equites et pedites

per earum agros transire solent, ordinat, ut omnes homines sibi attinentes per viam regiam per *Bodendorpe* incedant.

249.

**1293.** Sch. 444.

*Gerhardus, nobilis aduocatus Mind.*, curiam *Lohof*, quam *Ludolfus Westfal* a nobis in feodo tenuit et in manus nostras resignavit, ab omni aduocacia liberam, de cons. *Gerburgis*, uxoris nostre, et filii nostri *Widekindi*, abbati et conuentui monasterii in *Lucka* in proprium contulimus.

250. (233. 234.)

**1293.** Juli 6. Cal. VI. 53.

*Alheydis*, abbatissa in *Visbeke*, nec. non totus conv. eiusdem eccl., ex affectu et deuotione, quibus ecclesiam *Marie de Insula juxta Honouere* prosequimur, locauimus eidem eccl. proprietatem duorum mansorum, sitorum in *Gerebernessen*, quos *Lodewicus de Endelingeborstolde* a nobis in pheodo tenuerat, in hunc modum, ut ecclesia *de Insula* nobis de dictis mansis exsoluat 9 sol., census titulo, quouis anno. Act. et dat. 1293. in octaua apostolorum Petri et Pauli.

251. (351.)

**1293.** Aug. 26. Sch. 532.

*Widekindus*, can. eccl. mind., et *Henricus comites de Euersten* fratres, ad instantiam *Bernhardi dicti Elewre*, contulimus b. *Mariae virgini in Ouerenkerken* proprietatem duorum mansorum in *Alekestorpe* sitorum. Dat. et act. 1293. Sexto Kal. Septembris.

**1294.** A. 337. Original Bruchstück.

*Conradus dictus pollex, miles, ac Fredericus et Lodewicus et Johannes dicti poste . . . . curiam in decbere ac mansum unum in borstolde. T . . . . dominorum nobilium heinrici et adolphi comitum de scowenberg . . . Joh. de bardelage. her. de lerbeke. Stuue. Franco de dehem. Burchardus de Heylbeke. H. de rottorpe. Stacius de Slon. Joh. Busche milites. B. tunc prep. claustr. her, de honrode. Joh. h. Th. tunc capellani.*

**1295 - 1314.** W. n. s. XI. 106.

*Joannes, comes de Roden et de Wunstorpe, cum post discordias, inter Ludolphum, episcopum mindensem, et nos exortas, compositio intervenit, proprietatem juris et servitutis duodecim navium in mari juxta Wunstorpe, prout in compositione ordinatum est, comite Ottone de Welpia mediante, domino episcopo et sue mindensi ecclesie, de cons. Ludolphi filii nostri, damus perpetuo possidendam, renuntiantes omni juri canonico et civili generali et speciali dolo malo, exceptioni metus, restitutioni in integrum, privilegio minorum.*

**1295.** Febr. 22. A. 338.

*Adolfus et Henricus, comites Holtsacie et in Scowenborg, contulimus proprietatem unius mansi, siti juxta Rinthelen in campo dicto Elve, quem Hermannus et Fredericus, filii Thiderici de Ronowe militis, a nobis in pheodo tenuerunt, conuentui Sanctimonialium in Rinthelen. T. Conradus de Arnheim nobilis; Adolfus de Holte, Burchardus de Heylbeke, Franco de Dehym, Henricus de Rottorp, Waltherus et Robertus fratres de Cersne, Haco, Conradus de*

Winningehusen milites; Ludolfus de Thunderen. Dat. 1295.  
Cathedra b. Petri.

## 255.

**1295.** Apr. 10. A. 341.

*Adolfus, comes in Scowenborch*, exigente affectu ancillarum Christi conv. in oppido *Rintelen*, de cons. fratrum nostrorum, proprietatem vnius domus et 4 m. in *Benne-schen*, quos a nobis tenuit *Rotbertus, miles de Scersne*, memorate eccl. donamus. Dat. *Scomborch* 1295. in octava pasche.

## 256. (241.)

**1296.** Juni 30. A. 348.

*Adolphus, comes Holsacie et in Schowenborg*, — cum *Conradus dictus Gledhe* bona sua in *Gheldorpe*, que a nobis tenebat in pheodo, claustro in *Ouerenkerken* uendidisset et ad manus nostras resignasset, — dominium pheodi cum cons. fratrum nostrorum, *Gerhardi et Heinrici comitum Holsatie*, contulimus monasterio supradicto. T. *Conradus de Arneym nobilis. Hardewicus plebanus Indaginis. Johannes de Haddenhusen sac. Woltherus de Czersen. Borchardus de Helbeke. Henricus de aluerdestorpe. Hermannus dictus Hake. Henricus de Bardeleue milites. Ludolphus de Tundern. Lentfridus de Gese. Henricus de Eimenhusen famuli.* Act. 1296. in crastino beatorum apostolorum Petri et Pauli.

## 257. (283.)

**1296.** Sept. 28. A. 351.

*Adolphus, comes Holsatie et de Schowenborch*, rec., nos pactum siue fedus cum domino nostro *Ludolfo*, *Mind. eccl. episcopo*, taliter iniisse, quod eidem, quamdiu vixerimus, cum triginta dextrariis falleratis in ejusdem sumptibus astabimus contra omnes sibi adversantes. Ab his avunculum nostrum, *Ottonem ducem de Luneburg*,



*Gerhardum comitem de Hoya*, consanguineum nostrum, et *Gerhardum aduocatum de Monte* excepimus, contra quos non iuvabimus episcopum. Super questionibus ortis inter dictum dominum et nos et homines nostros ponemus quatuor viros ydoneos, ita quod ex altera parte ponentur quatuor vice versa, qui easdem questiones dirimant Super oriundis questionibus eandem potestatem habituri, fidem prestiterunt, ut omnes causas ortas vel oriundas bona fide terminent ante *castrum Arnheym* in gratia vel in iure. Ut hec observemus, 12 fidejussoribus obligamus. Acta 1296. quarto Kl. Octobris. Hec sunt nomina arbitrorum: *Waltherus de Cersne*. *Johannes de Bardeleue*. *Conradus de Winnincgehusen* et *Heinricus Magnus de Rottorpe* milites. Hec sunt nomina fidejussorum. *Johannes de Bardeleue*, *Hermannus de Lerbecke*, *Thidericus Stuue*, *Henricus de Welsethe*, *Lud. de Ekersten*, *Burchardus de Helbeke*, *Conradus de Winnincgehusen*, *Alexander de Holle*, *Woltherus de Cersne*, *Hermannus Hake*, *Herbordus de Uulmen* et *Lud. de Tunderen* famulus.

258. (158.)

1296. Nov. 4. A. 353.

*Bonifacius*, episc. S. S. D., abbatissae et conuentui Monasterii in *Rintelen* Cisterciensis ordinis: cum *quondam Adolphus*, *Johannes* et *Gerhardus*, *ejusdem Adolphi filii*, *comites de Scowenburch* *Mind.* dioecesis possessiones tunc ad eos pertinentes monasterio uestro donarunt, nos id auctoritate apostolica confirmamus. Dat. *Rome* apud sanctum Petrum. II. Non. Nouembris, pontificatus nostri anno secundo.

259. (193. 226.)

1297. Febr. 14. A. 356.

*Adolphus*, *comes Holtzacie* et *Schowenborg*, protestatur, *castrum Sassenhagen* pro 1000 mcs. br. arg., pro

quibus *Stacius miles de Monechusen*, quondam dominorum nostrorum, *Saxonie* ducum, aduocatus, ipsum nobis statuit et pro 500 mcs. examinati arg., quas dicti domini nostri duces cum eorum sorore, uxore nostra, domina *Elena*, in contractu matrimonii dederunt, nobis obligatum fore; quocunque vero tempore predictam pecuniam nobis dederint, *castrum Sassenhagen*, cum bonis ad ipsum pertinentibus, ipsis representabimus. Ut premissa observentur, nos cum auunculo nostro, illustri principe *Ottone duce Brunswicensium et de Luneborg*, et fratribus (patruis) nostris, *Adolpho et Johanne, Holtsacie comitibus*, fidem prestitimus. Act. et dat. *Louenberg* 1297. XVI. Kalend. Martii in die b. Valentini Martyris.

260. (190.)

1297. Mai 28. W. n. s. IX. 94.

*Henricus de Monichhusen* rec., quod mihi de bonis in *Louenhagen*, que mihi fuerunt titulo pignoris obligata, est ab ecclesia *mindensi* satisfactum per bona in *Stemwede*, que mihi simili modo pro memoratis bonis obligata noscuntur; litteram autem obligationis, datam patri meo super bonis in *Lewenhagen*, perdiidi. Dat. feria tertia post ascensionem domini. 1297.

261. (272.)

1297. Oct. 9. West. 64. Inh. Ang.

*Gerhardus, nobilis aduocatus de Monte*, consentit venditionem duorum mansorum, in *Echtorpe* sitorum, factam eccl. in *Ouerenkerken* ex parte *Hermanni de Lerbeke militis dicti parvi* pro 19 mcs. reseruata redemptione. Dat. et act. in *Monte* ipso die b. Dionysii.

262. a.

1298. Oct. 9. D. bibl. 286. Inh. Anz.

*Ludolphus, episc. Mind.*, 4 m in *Indagine Eschedorpe* et decm. ibidem donat ad fundandum monasterium

ibidem sanctimonialium ord. S. Augustini. 1298 in die Dyonisii.

## 262. b.

**1298.** Nov. 23. A. 360. W. n. s. IX. 96.

*Adolfus, comes de Schawenborch*, proprietatem duarum curtium sive villicationum, sitarum in *Petessen*, quas a nobili viro, *Ludolfo de Arnem*, comparavimus, *Ludolfo* episcopo et eccl. sue *mindensi* permutavimus pro quinque mansis, sitis in villa *Coldyngen* parochie *Pattenhusen, Helene*, uxoris nostre, et *Adolfi*, filii nostri, accedente cons. T. Gyso Archydiaconus in Alden. Wedekynnus prep. Hamelensis. Justacius et Thethardus fratres de Slon, *Adolfus de Holte*, Joannes de Bardelene, Conradus de Winningenhuss et Hermannus Uncus milites. Dat. 1298. in die Clementis.

## 263.

**1298.** Nov. 23. A. 361. W. n. s. IX. 97.

*Adolfus, comes de Schouwenborch*, promisimus *Ludolfo*, episcopo mindensi, quod procurabimus, quod heres noster *Adolfus* et alii nostri heredes consenserint permutationi, quam fecimus eccl. mindensi de proprietate villicationum nostrarum in *Pettessen* pro quinque mansis in villa *Coldinghen*, cum idem *Adolfus* heres noster ad annos discretionis veniens poterit consentire. T. et D. wie in Nr. 262 b.

## 264.

**1298.** Nov. 25. A. 361.

*Ludolfus, Mind. eccl. episc.*, proprietatem V. mansorum, sitorum in villa *Koldingen* parochie *Pattensen*, permutavimus *Adolfo, comiti in Scowenborg*, pro proprietate duorum (?) curtium siue Villicationum, sitarum in *Petessen*, quos (?) curtes idem comes a *Ludolfo de Arnem* comparavit. Dat. in die Katherine virg. 1298.

## 265.

1299. Juni 28. A. 362.

*Adolfus, comes in Scowenborch, Borchardus de Helbeke, Hinricus de Rottorpe*, milites n. e. v., quod *Jordanus sac. Borchardus, Theodericus, Johannes et Hinricus*, veri liberi seu heredes *Theodorici b. m. de Helbeke*, militis, *Mechteldi* abbatisse, totique capitulo *Muldenbeccensis eccl.* bona *Northem* sita, quorum dicte eccl. attinet proprietas, pro 40 mcs. br. arg. vendiderunt, eademque bona, pres. *Borchardo de Helbeke, Hinrico de Rottorpe militibus, Rodolpho dicto Kroyt, Johanne de Bars, Arnolde de Vorenholte et Hinrico*, domine abbatisse officiato, resignantes. Act. et dat. coram *Rutehero de Bardeleve, Theodorico et Lukemanno de Broke militibus, Hermanno de Honroder sacerdote, Justacio et Baldwino* fratribus de *Vorenholte*. 1299. In vigilia b. Petri Apostoli gloriosi.

## 266.

1300 — 1400. Led. 51. Auszug.

Ein corveysches Lehnregister enthält: *Johannes de Herberghen* infeudatus est cum 5 m. in *Withmarinchusen* prope *Bukendale* et unum m. in *Langhreden* et unam casam seu aream case unius in *Wynningehusen*.

## 267.

1300. März 1. Cal. I. 56.

*Johannes* prep., *Elyzabeth* abbatissa, totusque conv. eccl. *Rintelensis*, consilio nostrorum fratrum, scilicet *Wulphardj, Henrici, thethardj* et aliorum, contulimus conuentui in *berscingehusen* quinque homines, qui iure proprietatis nobis pertinebant, scilicet *aleydim de cherdene, henricum, hermannum, Lutgardim* et *Gertrudim*, pueros predictae domine, et omnes successores omnium premissorum. D. 1300. feria tertia post Invocavit.

## 268. (273.)

**1300.** Mai 6. W. n. s. IX. 106.

*Waltherus miles, dictus de Cersne*, cum fratre *Rotberto* milite, rec. *Gherardo, nobili viro aduocato de Monte*, quod advocatiam, quam posuit *Rotberto* et *Walthero* ac *Lodewico* nec non et *Johanni, fratribus dictis de Cersne*, super 8 m., quorum 5 siti sunt in *campo Reysen* et 3 in *campo Bekedorpe*, pro 21 mcs. redimere poterit. Dat. in *Indagine* 1300. in festo *Johannis* ante portam latine.

## 269.

**1300.** Juni 26. A. 365.

*Adolfus, comes Holtsacie et in Scowenburg, prot.*, quod *Henricus famulus dictus de Helbeke* nobis supplicavit, ut bona sua in *Borstolde* situata, videlicet 4 m. et 2 areas, ad ipsos pertinentes, cum una casa adjacente, quorum proprietas ad nos pertinebat et ipse de manu nostra tenuerat, dignaremur eccl. et conventui in *Ouerenkerken* proprietatis nostre munere condonare, cum ipse eadem bona venditionis titulo vendidit. Nos vero omni iure, quo nos et progenitores nostri eadem bona ex antiquo possidemus, damus et demittimus eidem eccl. Presentem paginam sig. nostro una cum sig. coniugis nostre, domine *Helene*, dedimus communitam, pres. *Adolfo de Holte, Johanne Ludingero de Bardeleue, Conrado Dumen, Conrado de Winnigehusen, Johanne Busche* militibus. Act. et dat. 1300. in festo martyrum *Johannis et Pauli*.

## 270.

**1300.** Aug. 5. A. 369. Auszug.

*Bertramus, dictus de Harboldessen*, 3 m. in *Oldenthorpe* sitos, cum astipulatione heredis mei *Jo.*, eccl. vendidi in *Ouerenkerken* pro 24 mcs. T. dom. *Rabodo* prep.

Jordanus sac. dom. Wiebrandus miles. Act. 1300. in die Oswardi regis et Martyris. *Rabodo* prep. in *Ouerenkerken* ac dom. *Wiebrandus miles dictus de Harboldessen* factum fratris nostri, domini *Bertrami*, gratum tenemus.

271.

**1300.** Nov. 11. A. 368.

*Adolfus de Holte*, *Johannes de Bardeleue milites*, *Johannes de Degbere*, *Borchardus de Helbeke famuli*, *ceterique castellani in Scowenborgh* prot., quod, constituti coram nobis, *Johannes de Bardeleue famulus dictus Bem et domina Elizabeth*, uxor sua, bona in *Horsten* cum patronatu capelle ejusdem ville, que prep. et conv. ancillarum Christi in *Ouerenkerken* emptione ab ipsis comparuit, eidem preposito et suo conventui, domino *Johanni de Haddenhusen* sacerdoti et fratri eorum ceterisque monachis ejusdem claustris resignaverunt. Nos vero castellani presens scriptum sigillo nostro fecimus communi. Dat. *Scowenborgh* 1300. in die b. martini episcopi.

272. (261)

**1301.** Mai 8. West. 66. Inh. Ang.

*Gerhardus*, *nobilis aduocatus de Monte*, de cons. filii *Widekindi*, monasterio et conuentui in *Ouerenkerken* donat proprietatem duorum mansorum sitorum in *Echtorpe*, quos *Hermannus paruus de Lerbeke miles* tenuerat in pheodo. Dat. et act. secunda feria rogationum.

273. (268. 277.)

**1301.** Juli 24. Sch. 347.

*Robertus miles de Tcersne*, — receptis 100 mcs. br. arg. et mind. ponderis a religiosis viris, abbate et conuentu monasterii *Luccensis*, — curiam unam in *Bokedorpe* 8 mansorum ipsis vendidi pro memorata pecunia, relinquens eisdem ipsius curie tam proprietatem feodi, quam posses-

sionem, sicut eam ab *Ottone, comite Welpensi*, tenui. Renuntiaui defensionibus non numerate pecunie, non tradite, non solute. Sigillum meum et fratris mei, *Woltheri militis de Tcersne*, decreui appendenda. Acta in *Indagine comitis Adolphi* pres. *Conrado nobili de Arnem* et ceteris. 1301. IX. Kal. Augusti.

## 274.

**1301.** Juli 26. Sp. 267.

*Otto, comes de Welepa, Rotberto* damus militi de *Tcersne* proprietatem curie in *Bokedorpe* cum feodo, sicut ipsum a *Volquino, Mindensi* episcopo, et ejus ecclesia habuimus. Act. in *Wunstorpe* presente *Ludolfo de Beuelte*. Dat. 1301. in crastino *Jacobi*.

## 275. (245.)

**1302.** Mai 19. W. n. s. IX. 107.

*Adolphus, comes Holtsacie et de Schouwenborch*, cum super destructione castri *Arnem* inter *Ludolphum*, *Mind. eccl. episcopum*, et nos mota fuisset materia questionis, nos et episc. promisimus, quod nec per episcopum nec per nos idem castrum ullo unquam tempore reedificari debet. Si fundum castri simul vendere decreverimus, quod divisim et separatim facere non poterimus, pecuniam de fundo vendito equaliter partiemur. Dat. et act. in campo apud *Velden*. 1302. Sabbato ante *Dominicam Cantate*.

## 276. a.

**1302.** Aug. 25. W. n. s. IX. 108.

*Gherardus, nobilis aduocatus de Monte, et Wedekindus, filius noster, Bernardo et Olrigo* fratribus de *Landesberge* aduocatiā curtis in *Rodenhe* et curtis in *Honvelde* pro 20 mcs. br. arg. titulo pignoris obligavimus. Dat. in *Monte* in crastino *Bartholomei Apostoli* 1302.

276. b.

**1302.** West. 67. Inh. Ang.

*Wedekindus, nobilis de Monte, advocatiam mansorum in Roden et Homfelde vendit (?) Berhardo et Ulrico fratribus de Landsbergen.*

277. (273.)

**1303.** Dec. 17. West. 68. Inh. Ang.

*Gerhardus, nobilis advocatus de Monte, cons. Widedekindi filii, proprietatem 8 mansorum in Bekedorpe, sicut eam ab Ottone, cognato suo, de Welepa comite, tunc praeposito mai. eccl. Mind., habuerat, abbati at fratribus monasterii Luccensis confert. Dat. et act. XVI. Calend. Januarii.*

278. a. (248. 281.)

**1304.** Sch. 289. West. 69.

*Volquinus prep., Geroldus dec. tot. cap. eccl. Mind. n. v. quod, eccl. nostre sede vacante per mortem Ludolfi episcopi, Rychardus miles dictus Vulpes, consentientibus heredibus suis legitimis, curiam suam in Bosenthorpe (Bodenthorpe), quam quondam tenuerat in feodo ab ecclesia nostra, licet titulo permutacionis proprietatem a nobis conquisisset, vendidit conventui in Lodhe pro 130 mcs. br. arg. cum proprietate ac jure, quod Echwort vulgariter appellatur, et specialiter paruam siluam, que Rysne vocatur. Licet autem heredes sui vendicioni consenserint, ad cautelam potius, quam propter necessitatem, cum nihil iuris dicantur habuisse secundum iura feudorum, que volunt, ut feudum, quod vulgariter Manghot dicitur, post diuisionem hereditatis per mortem feudatarii non ad fratres, sed potius ad feudi dominum reuertatur. Dat. et act. Minde 1304.*



## 278. b.

1304. März 5. Sch. 347.

Nos *Johannes et Ludolfus, fratres de Goltorne, Henricus de Bardeleue, Conradus Holtgravius, Theoderic de Stochem, Otricus de Yltene* milites n. e. v., quod in presencia nostra *Woltherus miles de Cersne* renuntiavit vsufructui, quem nomine pensionis annue in tribus mansis, sitis in *Cobbenhusen*, ad tempora vite sue haberat per abbatem *Luccensis* monasterii assignatum; recognovit nihilominus, quod domum unam, quam olim in *greuenalveshagen juxta cymeterium* possederat, abbati et fratribus in *Lucka*, pres. et consentientibus *Adolfo comite in Schowenburch*, judice et consulibus oppidi predicti, titulo elemosine contulisset. Acta in curia monasterii monialium ordinis sancti Augustini in *Berthingehusen*. 1304. Tercio Non. Martii.

## 278. c. (430. c.)

1304. Aug. 24. Hoy. I. 33.

We *gerhart, edele vogeth van dem berghe*, hebbeth den egendom des houes *thon walbomen*, dhe leget an deme dorphe tho *hyddessen*, ghelaten vnseme oheyme, greven *gerhardhe van der hoye*; desse latunghe scha tho der *barenborch*, dar antwordes was vnse broder, prouesth *volquen tho mynden*, vndhe vnse oheym, greve *Otte van der hoye*, vnde her *Johann van thekeneborch* vndhe her *gerhart van balghe* vndhe *Gerhart dhe tolnere*. 1304. an deme hylegen daghe sunte bartolomenses.

## 279. (147. 292)

1306. Apr. 24. W. n. s. IX. 123.

*Gotfridus*, mind. eccl. episc., partem nostram bonorum indaginis, que dicitur *Nortzele*, in qua parte *Woltherus de Zerzen* miles usufructum habet, de cons. capi-

tuli nostri, *Arnoldo de Haversvorde et Conrado dicto Dume* militibus et *Wille* uxori ejusdem, nec non *Conrado*, filio ipsorum, vendidimus pro 100 mcs. br. arg., ita quod, *Wolthero de Zerzen* de medio sublato, quatuor personae prenominae bona prescripta eodem jure, quo *Woltherus* eadem tenuit, quoad vixerint, possidebunt; sed, eis defunctis, ad nos revertentur. Dat. *Minde*, octavo Kal. Maji 1306.

280.

**1307.** Juni 19. Sch. 115.

*Godefridus*, mind. eccl. episc., ad petitionem domine *Fredeken de Varenholte*, conferimus conventui eccl. in *Ouerenkerken* jus proprietatis super duos m. in *Bernstenn*. T. Dom. Otto comes de Welepa. Justacius de Slon. Reinhardus de Varnholte milites, qui tunc temporis nobiscum in mensa fuerant. D. *Minde* 1307. ipso die Geruasii et Protasii martyrum.

281. (278. a. 474.)

**1307.** Juli 22. West. 71. Inh. Ang.

*Gerardus*, nobilis aduocatus de Monte, et filius *Widkindus*, permoti abbatis et fratrum in *Lucka* quaerela, quod currus et equites etiamque omnes pedites per eorum agros et prata apud grangiam suam *Necklode (Kerklode)* transire solent, ordinant, ut omnes homines per antiquam regiam viam per *Bodendorpe* incedant; in die Marie Magdalene.

282.

**1308.** März 5. D. B. II. 11.

*Adolphus*, comes *Holtsacie* et in *Schowenburg*, cons. *Helene*, uxoris nostre, *Adolphi*, *Gerhardi* et *Erici* filiorum nostrorum, proprietatem trium mansorum, in *Rore Kersen* sitorum, qui *Wernheri de Ror Kersen* fuerant, contulimus eccl. sanctimonialium in *Ouerenkerken*; litteram

domine *Metthildi de Mynda*, tunc temporis priorisse, et conventui dicte eccl. contulimus. Dat. *Schowenborgh* pres. Domino Johanne de Bardeleue milite, Domino Rotgero sacerdote capellano ibidem, Richardo Post famulo. 1308. feria tertia post Dominicam qua cantatur invocavit.

283. (257.)

1309. Jan. 28. W. Prov. 27.

*Adolfus*, comes *holtzacie et in Schowenborch*, n., nos, vna cum 12 nostris militibus et famulis, promississe consulibus, totique *civitati mindensi*, militibus et famulis, morantibus in eadem, per fidem nostram in manus ipsorum prestitam corporalem, quod ipsos pro posse nostro adiuuabimus, quamdiu durabit discordia inter *episcopum Mindensem* ex una parte, nos et *cives Mindenses* ex altera iam exorta, recognoscentes, nos non debere treugas vel pacem inire sine predictorum burgensium assensu; et, cum placuerit consulibus, tenebimur vna cum ipsis *castrum petershagen* obsidere, castrum ibidem edificare et tertiam\*) partem castri expensis nostris construere et tenere, ita quod, edificato castro ibidem, 10 dexteratos falleratos tenemur mittere expensis nostris et tenere; promissimus eciam, quod, quamdiu predicti burgenses nobis coadiutores existunt, et nos ipsis nullum castrum seu monitionem in dyocesi mindensi edificabimus sine ipsorum assensu. 1309. feria quinta ante festum purificationis.

284. (296.)

1309. Mai 24. D. B. II. 14.

*Adolfus*, Dei gratia comes *Holtsatie et in Scowenborch*, nec non eadem gratia *Helena*, mater ejus, Comitissa, cons. fratrum nostrorum, *Gerhardi et Ericsi*, —

\*) Ein gleiches Bündniss hatte die Stadt Minden mit dem Grafen von Hoya am nämlichen Tage geschlossen.

receptis a *Burchardo* capellano nostro 40 mcs. *Bremen-*sibus — dedimus curiam, in *Pölde* situatam, que *Hede-*hoff dicitur, cum omnibus pertinentiis et juribus, *Holtprania* tantum silva nobis reservata, molendinum in *Hulsede*, quod situm est per medium, ibidem 4 casas, quarum una dicitur *Hoec* cum 4 agris, alia *rotenkube*, tertia *meleber-*gesworth, quarta ad valvam cymeterii, eccl. b. Marie virg. in *Ouerenkerken*, ita quidem, quod altare, in Cripta sub turri in honore b. Marie Magdalene, Joannis euangeliste et Joannis baptiste consecratum, per prepositum et conuentum cum predictis bonis conferri debet sacerdoti, qui debet missam pro defunctis in memoriam patris nostri, quondam *Comitis Adolphi*, celebrare. Presentem literam dedimus communitam sig. nostro et sig. matris nostre ex parte fratrum nostrorum et sig. *castellanorum nostrorum* Joannis de *Bardeleue*, Joannis *Buschen*, Joannis de *Deckbere*, *Willekini* de *Holte*, *Richardi* *Post*, *Frederici* *Dhumen* militum, *Justacii* de *Rederen*, *Bodonis* de *Vuinge*, *Adolphi* de *Holte*, Joannis et *Gerhardi* fratrum de *Bardeleue* famulorum. Act. et dat. in *Schowenburg* ao. millesimo trecentesimo nono, decimo infra octauas festi pentecosten feria sexta. \*)

285. (218. 219.)

1309. Nov. 17. H. A. 1414.

*Adolphus*, comes *Holtsatie* et in *Schowenburg*, prot.: coram nobis et filio nostro *Adolpho*, nec non et ceteris castellanis nostris, — *Jo. de Bardelage*, *Th. dicto Stuu*e, *Jo. de Deckber*, *Hen. de Bardeleue*, *Rich. Post* militibus, — *Willekinus miles de Holte*, noster castellanus et fr. s. *Adolphus* famulus, pro sorore sua *Connegunde* et omnibus suis heredibus, sunt protestati, quod in bonis, in villa

\*) Der Abdruck lautet nach der Interpunction auf das Jahr 1309, doch wird, weil noch nach dieser Zeit *Adolph*, Gemal der *Helena*, lebte, ein späteres Jahr, vielleicht 1319, gemeint sein.

*Luden* sitis, que olim pater ipsorum *Adolphus* miles clau-  
tro in *Loden*, translato postea *Lemgou*, vendidit, iuris nil  
haberent. Presentem literam sig. nostro et sig. castella-  
norum nostrorum comm. juss. Dat. et act. 1309. sexto  
decimo Kalendas Decembris.

286. (211. 468.)

**1309.** Nov. 29. Cal. IX. 48. Urk. d. Kl. Wunstorf.

Ego *dethardus*, dominus curie, dicte *mirabiles-  
bruch*, protestor, dominam *Bertradim de Munessle* et tres  
eius filios, *Gisekinum*, *Johannem* et *Hermannum* ac vnam  
filiam *Alheydim* cerocensuales esse nostre eccl. Dat. 1309.  
in vigilia beati Andree.

287.

**1310.** Sept. 10. Erh. Z. III. 104. II. 65. Auszug.

Ein mindensches Lehnprotokoll enthält: *Justacius  
de Rottorpe* miles cum *henrico* filio suo habet in *mille*  
indaginem cum pleno jure, in *bernessen* II m., in *rode* et  
*henrikesberge* decm., in *volkerdessen* decm.

288.

**1311.** Apr. 26. Sch. 452.

*Adolphus*, comes *Holtsacie* et in *Schowenborch*,  
prot., quod coram nobis *Willekinus* miles et *Adolphus*  
*famulus*, dicti de *Holte*, renuntiaverunt omni juri, quod  
in tribus m., in *Oldendorpe* sitis, habere videbantur, —  
quorum unus ad nos spectabat, alius ad abbatissam sanc-  
timonialium in *Visbeke*, tertius ad nobilem *Conradum de*  
*Arnhem*, — quos monasterium monialium in *Ouerenkerken*  
obtinere jure suo. Act. et dat. in *Schowenborg* 1311. in  
crastino Marci Euangeliste, pres. testibus: *Joanne* et *Hin-  
rico* de *Bardeleue*, *Johanne* de *Deckber*, *Richardo* *Post*, *mi-  
lilibus*, *viris* *legalibus* et per omnia fide dignis.

## 289.

**1311.** Nov. 12. Erh. Z. III. 105. Auszug.

Ein mindensches Lehnprotokoll enthält: *Henricus de Rottorpe* habet in *mille decm.*, in *roden decm.*, in *passenstene decm.*, in *bernedessen* II. m.

## 290.

**1312—1314.** W. n. s. XI. 107.

G. (Gyso), major prep., H. (Hermannus) dec., tot. mindense cap. bona in *Welpinghusen*, ad prebendam nostram pertinentia, *Ascuino* militi et uxori ejusdem *Walburgi* sine omni censu contulimus ita, quod, quamdiu vixerint, usufructum habeant; praeterea *A. et uxori* plenam dedimus confraternitatem in ecclesia nostra, et pro omnibus supradictis sepe dicti 42 marcas arg. eccl. nostre ad prebendam fratrum contulerunt. T. A. sac. de Hukolne. H. sac. de Berkeken. Ministeriales ecclesie nostre: Volmarus de Buringhusen, Arnoldus camerarius, Ludolphus de Hille, Arnoldus judeus, Albertus de Eckessen, Rabodo de Vulbeke, Godescalcus cocus noster.

## 291.

**1312.** Apr. 20. A. 25. Inh. Anz.

Graf *Adolph V.* von Schaumburg gründet in *villa Byschopingerode* capellam, suffragante nobis archidiacono loci cum plebano eccl. in *Prouesteshagen*, in cujus parochia prefata capella construitur.

## 292. (279. 428.)

**1312.** Mai. 7. W. n. s. IX. 139.

*Adolphus*, comes *Holtzacie et de Schouwenborgh*, rec., quod terciam partem de dimidietate indaginis *Nortsele*, quam a *Gryphone, Burgensi in Grevenalveshagen*, obligatam tenemus pro 90 mcs. br. arg., domino nostro *Godefrido* seu capitulo eccl. *Mind.* reddere debemus, quando

dictus dom. episc. sive cap. nobis solverint 90 mcs. Dat. in *Indagine* 1312. in crastino Johannis ante portam latinam.

293.

**1312.** Sept. 8. Erh. Z. IX. 83.

*Hinricus, comes de Sterenberg*, cons. uxoris nostrae *Juttae* et filii nostri *Hogeri*, contulimus *Hermanno et Conrado fratribus dictis de Domhaue* et uxori suae *Alheidi et Johanni*, patruo eorundem, advocatiam, curiae dictae *Domhoff* pertinentem, hac conditione, quod eandem advocatiam reemere possumus pro 100 mcs. propriorum den., videlicet 60 marcas dativorum *Hervordensium* den et 40 mcs. br. arg. T. Henricus de *Ickenhusen*, *Jordanus de Callendorpe*, *Jordanus de Hetzinchtorpe* milites; Henricus de *Callendorpe*, *Hermannus de Ickenhusen*, *Conradus, Hermannus et Johannes fratres dicti de Molenbeke*, *Hardrardus de Rottorpe*, *Thidericus Dudenhusen*, *Wigandus de Sedorpe*. Act. 1312. in nativitate sanctae Mariae virg. gloriosae. VI. Id. Septembris.

294. (160.)

**1313.** Juni 19. Gr. P. 95.

*Her., comes de Peremunt*, accedente assensu *Hildebaldi* fratris nostri, *Lutgardis* coniugis nostre, *Gotscalci* et *Her.* filiorum nostrorum, *Beatricis* et *Jutte* filiarum nostrarum, vendimus *Jordano* abbati et fratribus monasterii in *Lucka* pro 8 mcs. br. arg. proprietatem trium mansorum in villa, que dicitur *A parochie in Stenberga*, mind. dyoc., quos m. *Jo. dictus Pape* a nobis in feodo hactenus tenuerat. Dat. in oppido *Ludhe* 1313. in die *Gervasii et Prothasii* martirum.

295.

**1313.** Gr. P. 95.

*Hermannus, nobilis comes in Peremunt*, strenuis famulis ac sibi dilectis fidelibus, *Jo. dicto Pape et Sten*

*de Wyda*: n. e. v. cum clastro in *Lucka* dimisimus proprietatem trium mansorum in *villa A*, quos a nobis in feodo tenetis, pari jure, quo nobis per idem feudum astricti fuistis ad dictos tres m. in feodo recipiendos et habendos, ad *Jordanum* abbatem et ad ejus clastrum dictum, omni vestro jure salvo, transtulimus.

296. (284.)

1315. D. B. II. 13.

Wy *Juncker Alff*, *Fruwe Helena*, unse moder, *Gerhardt und Erich*, *Graven tho Holsten und Schomborch*, bekennet, dat wi hebben genomen van heren *Borcherde*, unsem Cappellane, II marc und vertich bremesches suluers, und hebben gelaten dem Stichte und dem Convente tho *Overenkerken den Heidenhoff tho Polde*, mit III houe mit lehenware, egene und alle dat rechte, dat wi daranne hadden, sunder de Holt-Graffschop mit sodanem Rechte, alse wi daranne hadden tho lene van unsen Ohmen, den Hertogen van *Sassen*; dartho late wi dat egen der middelsten molen und ouer 4 Kothstede tho *Hulsde* demsuluen Kloster an de ere unser fruwen und sunte *Marien Magdalenen* tho orer Capellen und tho orem altar under dem torne; dar schall men inne lesen thor weken II selemissen tho hulpe unsses Vaders Zele, *greuen Alfes*, des syner werde jartidt is an dem hilgen Dage sunte *Servaties*. Dusse Hantfestinge is gegeuen dem Kloster tho *Ouerenkerken* 1315.

297.

1315. Febr. 16. West. 74. Inh. Ang.

*Wedekindus, nobilis aduocatus de Monte*, decm. in *Scortlage*, quam, ab episcopo *Mind.* in feodum acceptam, *Godefridus famulus dictus Wording* denuo in feodum possessam resignavit, cons. domini *Gerardi* patris, monasterio in *Lucka* donat. Act. et dat. in *Wedegenstein* in die sanctae *Julianae* virg.



1317. Juli 13. Sch. 263.

*Conradus de Winningehusen, Willikinus de Holte, Fridericus Dhume, Rychardus Post, milites, Johannes et Gerhardus de Bardeleue, Adolfus de Holte famuli, ceterique castellani in Scowenburg rec., quod venientes ad presenciam nostram abbas et fratres monasterii in Lucca cum Conrado de Redern famulo pro se et Wenero fratre suo rogauerunt, ut eorum contractum super reempcione curie in Segelhorst, que dicitur by der Kerken, olim per Conradum et Wernerum predicto monasterio vendite, audire et auditum conscribere curaremus. Predictus itaque abbas pro eadem curia ab ipsis Conrado et Wenero 61 mcs. br. arg., Indaginis ponderis, acceptauit cum illa condicione, quod abbas ipsos de illa curia infeudaret, ipsi quoque essent vasalli monasterii et prenominatam curiam iure hereditario possiderent. De ceteris vero bonis in Segelhorst, 4 videlicet m. a. Johanne de Rodhen, et duobus m. a. Conrado de Redhern, eorum patruo, ac de 9 jugeribus a Johanne de Rodhen comparatis, nihil in eorum venit contractum, sed manebunt monasterio salua. De duobus m. Cnradi, patruum eorum, hoc agebatur, quod de illis abbas et fratres sine Stacii, patruum eorum, contradictione, qui in hoc consensisset, disponere possent. Et quia Johannes miles dictus de Bardeleue aliquos agros curie vendite propriis laboribus excoluerat, taliter fuit actum, quod abbas fratribus de Redhern, pro porcione eos contingente, in decima et quarta parte videlicet eorundem agrorum, de quolibet iugere, quod Morgen vocamus, daret duos modios vsuales in Segelhorst illius bladii, quod in quolibet Morgene inuenitur seminatum. Sic Johannes de Bardeleue totam messem poterit cum straminibus deducere, qua deducta predicti agri vsui fratrum de Redhern ex tunc sint liberi, ita tamen, quod villicus inhabitans, qui de cultura sua consuetum censum*

eis dare tenetur, villicationem et vsum sementis hyemalis in ipsa curia obtineat. De edificiis vero curie, vna videlicet domo, vno horreo, vna Keminata, per *dominum Johannem* factis, sic extitit determinatum, quod ipse eadem diruere et deducere poterit, nisi de eis fratres de *Redhern* cum eo aliter et amicabiliter poterint conuenire. Premissa nos castellani conscribi et cum sigillo nostre communitatis, vna cum sigillo *Conradi de Wynningehusen* ac *Richardi Post*, militum, qui eorum placitorum mediatores fuerunt, muniri fecimus. Act. et dat. 1317. in die Margarete virg.

## 299.

**1317.** Sept. 10. W. n. s. IX. 155.

Domino suo *Gerhardo, advocato de Monte, Arnoldus dictus de Vorenholte* famulus, suus vasallus: innotesco me, cum cons. fratrum meorum, *Justacii de Vorenholte* militis nec non *Boldewini* famuli, resignantem mansum quondam, situm *Rottorpe*, quem a vobis habeo collationis titulo, per *Arnoldum de Bardeleue* militem vestrum vasallum, presentium ostensorem, sub hac conditionis forma, dummodo *Herbordo et Conrado famulis fratribus dictis de Eckersten* eundem mansum porrigere volueritis. Dat. 1317. in die crastina b. Gorgonii martiris.

## 300.

**1317.** Sept. 15. H. A. 1401.

Nos *Jordanus dictus Voss* donationis titulo dedimus eccl. b. Marie virg. in *Ouerenkerken* omni jure et proprietate tres casas in *Pepingehusen* et vnam in *Werbergen*. 1317. in octava nativitatis domine nostre.

**1319.** Mai 24. vide Nr. 284.

## 301.

**1319.** Juli 13. P. V. 84.

*Jutta*, abbatissa secularis eccl. *Quedlineborgensis*, n. e. v., quod quaedam sancta unio inter nos, nostrumque

cap. et abbatissam *Sophiam in Visbick* ejusque conventum seu congregationem taliter est ordinata, quod eas participes esse volumus omnium bonorum operum, quae in nostra ecclesia fiunt; ita nos et qui nobis succedunt in perpetuum consorores sumus et erimus earum 1319. in die S. Margarethae.

## 302.

1320. Juli 16. Sch. 523.

*Henricus, Reynhardus et Rotgerus fratres dicti de Rotdorpe*, cum debitorum onere fuisset maxime pregrauati, decimam nostram in *Alekestorpe*, quam de manu *Adolfi comitis in Scowenburg* in pheodo tenuimus, abbati et conventui monasterii in *Lucka* vendidimus, recipientes ab eisdem 100 mcs. puri arg. et *Hildesiensis* ponderis; resignauimus eandem decm. domino nostro comiti de *Scowenburg* pro utilitate dicti monasterii, possessionem, que *Were* dicitur, eidem vacuam tradentes, quatenus per ipsum aut suum nuncium, *Henricum de Welsede*, cognatum nostrum, filium *Heinrici (Conradi) militis quondam de Welsede dicti* — cui eciam specialem ad hoc faciendum auctoritatem dedimus, — abbas et fratres predicti monasterii in eiusdem decime ducantur possessionem. Obligamus nos ad ipsius decime warandiam, si quis eam infra tempus, quod vulgariter *jar unde dach* dicitur, impetuerit. Act. et dat. in *Scowenburg* 1320. XVII. Kalend. Augusti.

## 303.

1320. Juli 17. Sch. 523.

*Adolfus, comes Holtzacie et in Scowenburg*, decm. in *Alekesdorpe*, quam *Henricus, Reinherus et Rotgerus fratres de Rotdorpe* a nobis in pheodo tenuerunt, sed in manus nostras, postquam eam abbati et conventui monasterii in *Lucka* vendiderant, resignarunt, cum cons. fratrum nostrorum, *Gerhardi et Erici*, in idem monasterium cum

omni iure, quod nos et *fratres de Rottorpe* in eadem habueramus, transtulimus, in ipsius possessionem predicti monasterii abbatem et fratres per *Henricum, Conradi de Welsede filium*, nostrum specialem famulum, mittentes. Act. et dat. in *Scowenburg* 1320. XVI. Kalend. Augusti.

## 304.

1324. Jan. 6. D. B. II. 16.

*Adolphus domicellus, comes Holsacie, Stormarie et in Schowenburg*, ex cons. fratrum nostrorum *Gerhardi et Erici*, duos m. in campis ville *Velden*, quos vasallus noster, *Johannes dictus van der Gele*, conventui ancillarum Christi in *Ouerenkerken* vendit et coram nobis resignauit, prenominato conventui donamus. T. *Wilkinus de Holte, Johannes Busche, Johannes de Deckber, Justacius de Reden* milites. *Henricus senior de Welzede et Johannes Bardeleue* famuli. D. et act. *Schowenburg* in epiphania Domini 1324.

## 305.

1325. Juli 27. Erh. Z. IX. 87.

*Agnes* abbatissa, *Mechildis* decana, *Lisa* thesauraria, tot. collegium dominarum et dominorum in *Molenbeke* rec., quod *Johannes de Rottorpe* can., *Bertradis* praeposita, *Elizabeth de Vlegten* canonica eiusdem coenobii emerunt dimidiam partem decimae in villa et extra villam *Stenberg* a *Lodeuico dicto Gomes* famulo cum cons. *Bertradis*, conthoralis suae, pro 60 mcs. br. arg. — de quibus nostrum collegium 10 mcs. exsoluit — forma tali, quod sextam partem annonae, de dicta dimidietate decimae proveniente, inter collegium dominarum et dominorum debet distribui, reliquam autem partem *Johannes, Bertradis et Elizabeth* debent tollere; quum praetaxatae tres personae debitum carnis persolverint, in communem nutum nostri collegii multifata pars decimae, quia in substantiam nostrae eccl. comparauerunt, debet cedi. Ne dictus *Johannes* presb.,

*Bertradis et Elizabeth* ledantur, statuimus eisdem 4 fidejussores, videlicet *Hermannum, Reinherum, Rotgerum fratres dicti de Rottorpe* famulos et *Conradum de Helbeke* famulum. Dat. et act. in proximo sabbato post festum b. Jacobi Apostoli 1325.

## 306.

**1326.** Mai 8. W. n. s. XI. 122.

*Fredericus, Dethardus et Johannes fratres, ac Heinr. et Bodo fratres, dicti de Lerbeke*, obligamus *Rodolpho dicto Kikebugh* famulo, uxori sue, nostre nepti, eorumque heredibus pro sponsalibus domum nostram et unam casam in *Holthusen* sitas, nec non domum nostram dictam *Holthus* et duas casas, in *Meynsen* sitas, pro 45 mcs. br. arg. Nos, *Wedekindus, nobilis advocatus de Monte*, in testimonium predictorum sig. nostrum pres. duximus opponendum. Dat. et act. 1326. feria quinta proxima ante festum Penthecostes.

## 307.

**1327.** Juli 21. W. n. s. XI. 129. West. 80.

*Bruningus de Suderss* (Sudersen) famulus rec. me hujusmodi placitis interfuisse, videlicet quod *dictus Boock* famulus *Wedekindo domicello de Monte, advocato in Minda*, justos redditus non dederit de bonis, in villa *Redere* sitis, sibi a dicto domicello commissis, ex tunc *dictus Boock* cum domicello in supradictis bonis impedire non debet. Dat. 1327 vigilia b. Marie Magdalene.

## 308.

**1327.** Juli 25. W. n. s. XI. 132.

*Liborius* presb., *Rothgerus et Hermannus famuli fratres de Wulbeke* a *Wedekindo, nobili domicello de Monte*, dimidietatem decime in *Blidingenhusen* pro 22 mcs. br. arg. emimus tali condicione, quod *predictus domicellus*

et sui heredes eandem infra 5 annos reemere possunt. Dat. et act. 1326. ipso die b. jacobii apostoli.

309.

1327. Dec. 20. D. B. II. 17.

*Adolphus, Gerhardus et Ericus fratres nobiles domicelli ac veri heredes comitatus Schowenburgensis Dei gratia, nec non Helena mater eorundem dominorum et Heylwigis, conthoralis Adolphii domicelli et comitis antedicti, conventui in Ouerenkerken octo m., situs juxta opidum nostrum Oldendorp, pro 150 mcs. arg. br. vendimus. Dat. et act. 1327 in vigilia b. Thome apostoli.*

310.

1328. Juni 24. R. A. 291. P. S. 191.

Wi *Alf, Greve tho Holseten und tho Scavenborg, Junchere Geret unde Junchere Erk*, use Brödere, hebbet üsen Borgehern tho *Rinthelen* ghegheven den *Weser Angher*, so veren also de *Eckerste* oldinghes heft ghevloten von der *Kloster molen* in de *Wesere*, unde so wat dat water so verne dar mach thowerpen, vort mer enne *Angher*, de is gheheten de *Strid Angher*, so veren also de *Eckste* nu vlud, van dem *Ze* in de *Wesere*, unde al, dat dar dat Water so verne mach thowerpen, vort mer den *Ze Angher*, vort mer de menhet *uppe der elve*, mit al deme, dat dar dat Water mach thowerpen, sünder enne *Stov*, dene wi den *vom rottorpe* hebbet gheset, also verne, also de rad darselves tho *Rintelen* und de van *rottorpe* densulven *Stov* hebbet mit palen unde mit tekenen uthgemeten. Uppe dat desse deghedinc van nemende werde ghebroken ichte ghewandelet, so hebbe wi user dryer ingheseghele ghehanken tho dessen Breve. Gheven 1328. in sunte Johanneses daghe tho mit den sommere.

## 311. (104.)

1328. West. 211. Inh. Anz.

*Reinardus de Witersen famulus domino Widekindo de Monte vendit Gograuiatum suum in Vrilde.*

## 312. (104.)

1328. Oct. 1. West. 211. Inh. Ang.

*Ericus, dux Saxonie, Angarie et Westfalie, Widekindo domicello de Monte et aduocato in Minda confert gograuiatum in Vrilde, ei resignatum a Reynero de Witersen famulo. Dat. Lovenborch in die b. Remigii.*

## 313.a.

1329 — 1370. Sp. E. 339.

*Hec sunt bona, que dicti de Dryborg possident a suis dominis: De Conrado de vnstorp advocatiam in eckerste, advocatiam visbike, advocatiam dethbere, advocatiam Tydenhusen super ecclesiam et curiam episcopi, curiam in horste; de comite Adolfo de Scowenborg curiam ebbinghusen, Welsede curiam et molendinum, hemeringen vnum mansum.*

## 313. b. (428 a.)

1329. Mai 13. D. B. II. 19.

*Adolphus, Dei gratia Comes in Holstein et in Schowenborg, Gerhardus Hildensis, Halberstadensis et Mindensis ecclesiarum can., nec non Ericus Hamburgensis eccl. prep., fratres eadem gratia comites ibidem, ad petitionem domine Helene matris nostre, m. unum, in campo Wichmenstorpe situatum, quem Tidericus dictus Wackerfeld a nobis in pheodo tenuit et assensu fratris sui, domini Justacii plebani in Lese, resignavit, damus et dimittimus eccl. et conventui in Ouerenkerken, specialiter ad officium sacriste. Act. et dat. 1329. tertio Id. Maii.*

**1329.** Sept. 20. Sch. 281.

*Adolphus, Gerhardus Hildensis et Mindensis ecclesiarum can. et Ericus Hamburgensis eccl. prep. fratres et germani, comites Holsatie et in Schowenborch, jus patronatus eccl. scti. Martini in Greuenalveshagen, cum vicariis ibidem institutis et capella scti. Johannis in Bisschepingerode, cenobio et monasterio sanctimonialium in Ouerenkerken donamus. Beneficio juris et restitutionis in integrum renuntiamus. Nos Helena, relicta quondam Adolphi comitis in Schowenborg, donationi filiorum nostrorum annuentes, ipsam gratam et ratam seruare volumus. Act. et oblatum 1329. duodecimo Kal. Octobris.*

**1329.** Nov. 29. W. s. X. 99.

*Woltherus prep., Erengardis priorissa, totusque conv. sanctimonialium in Overnkerken ratione capelle in Byschepingerode nobis incorporate promittimus tres sol. mindensium den. archidyacono in Apeldern quovis anno persolvendos. 1329. in vigilie b. Andree apostoli.*

**1330.** Sept. 20. Gr. Liv. 206.

*Joannes, comes in Roden et in Wunstorpe, m. unum, in Apelderne situatum, 40 jugera habentem, — quem Richardus, Wisselus et Herbordus fratres dicti Rumescottelen a nobis hucusque in pheodo tenuerunt, in manus nostras resignando dimiserunt, — cum area et omnibus pertinentiis suis, proprietate et omni iure ad nos pertinente, damus et dimittimus eccl. et conventui in Ouerenkerken. 1330. in vigilia b. Matthei apostoli.*



317.

**1330.** Oct. 12. Gr. Liv. 205.

Nos *Richardus, Herbordus et Wisselus fratres dicti de Rumeschotelen* vendidimus pro 14 mcs. br. arg. eccl. et conventui in *Ouerenkerken* unam curiam, in *Apeldern* sitam, et 40 jugera, pertinencia ad eandem cum singulis pertinentiis suis — sicut hactenus ea in pheodo tenuimus a nobili viro, *Joanne comite in Rhoden et in Wunstorpe* — tam in villa, quam extra villam universis. Renunciantes dictis bonis in manus comitis in *Wunstorpe et in Rhoden*, eidem eccl. et conventui iustam warandiam eorundem honorum prestabimus, volentes ipsam ecclesiam ab omni impeticione hereditaria precauere. Act. et dat. 1330. quarto Id. Octobris.

318.

**1330.** Oct. 12. Gr. Liv. 207.

Nos *Richardus et Herbordus fratres dicti Rumeschotelen* sc. c., nos a *Wisselo*, fratre nostro, separatos esse penitus et diuisos, — ita quod nobis in hereditate paterna cum eodem nihil amplius est commune — cui pro parte hereditatis dimisimus vnam curiam, in *Apeldern* sitam, cum 40 jugeribus, quam ecclesia et conv. in *Ouerenkerken* sibi emtionis titulo comparavit. Rec. igitur, quod heredibus nostris nihil amplius in bonis competere poterit memoratis. Dat. 1330. quarto Ydus Octobris.

319.

**1330.** Oct. 12. Gr. Liv. 206.

*Joannes, comes in Roden et in Wunstorpe*, — cum *Richardus, Herbordus et Wisselus fratres dicti Rumeschotelen* curiam vnam, in *Apeldorn* sitam, cum 40 jugeribus eccl. et conventui in *Ouerenkerken* vendiderunt, — cons. *Joannis, Ludolphi et Hildeboldi*, filiorum nostrorum, dictam curiam, in manus nostras resignatam, cum 40

jugeribus et pertinenciis suis tam in villa, quam extra vil-  
lam universis, proprietatem dictorum bonorum et quicquid  
iuris habuimus in eisdem, donationis titulo dimisimus et  
per presentes conferimus, nihilominus et donamus eccl.  
in *Ouerenkerken*. Vt autem tam nostra collatio seu do-  
natio, quam ipsorum venditio firma perseueret, contulimus  
eidem eccl. presens scriptum. Act. et dat. 1330. quarto  
ydus Octobris.

320.

1330. Oct. 12. Gr. Liv. 207.

*Joannes, comes in Roden et in Wunstorpe*, cons.  
filiorum nostrorum, *Ludolphi, Joannis, Hildeboldi et Lu-  
dowici*, bona hujusmodi: videlicet 40 jugera, in *Apeldern*  
sita, cum curia adiacente, — que *Richardus, Herbordus*  
et *Wisselus fratres de Rumeschotelen* a nobis in pheodo  
tenuerant et in manus nostras resignarunt, — mansum  
unum in *Bekedorpe*, dictum *Colhasen houe*, cum curia  
sua, — quem *Conradus Winko (Wuko)* a nobis in pheodo  
tenuerat ac in manus nostras resignavit, — duos m. in *Wert-  
ber* situs, cum curia eorum, — quos *Ludolphus de Man-  
delslo*, miles, a nobis in pheodo tenuerat et in manus  
nostras resignavit, — liberaliter dimisimus, proprietauimus  
seu in proprium dedimus et in hiis scriptis conferimus,  
nihilominus et donamus eccl. et conuentui in *Ouerenkerken*  
iure proprietatis et perpetue donationis titulo. Act. et dat.  
1330. quarto Id. Octobris.

321. (48.)

1331. Apr. 1. West. 82. Inh. Anz.

*Gerhardus de Lerbeke* de venditione decimae in  
*Uzenborch*, molendini unius in *Rode* et decimae ibidem  
facta monasterio in *Insula prope Mindam*. Kal. Aprilis.  
T. Widekindus advocatus de Monte.

## 322.

**1331.** Aug. 6. W. n. s. XI. 152.

*Lutgardis*, abbatissa, tot. conv. monasterii in *Visbeke* — in recompensam quinque casarum et arearum ipsarum, ex opposito monasterii nostri trans rivum sitarum, quas prep., dec. ac cap. eccl. *Mind.* pro censu annuo 12 solidorum *mindensium* den. nobis deputarunt ac dimiserunt — consolatori honorum in *Visbeke*, hoc est illi, qui predicta bona a predicto capitulo obtinuerit, hujusmodi 12 sol. nomine pensionis in ciuitate *Mindensi* solvere tenebimur. A. 1331. sexto die mensis Augusti.

## 323. (327.)

**1332.** Juni 24. Gr. Liv. 208.

